ctores tenebraz barū 2tra sp̄nalia nequicia i  
celestibz. Item ē in fornace ardenti.s.in cōcu-  
piscentia carnis. Ro.vj. Vide aliam legez  
in mē.m.re.le.mē.mee. 7 captiuantem me in le-  
ge miseric et peccati. Infelix ego hō quis me  
liberabit de corpore mortis huius. Item est i  
piculis multis. que enumerat apls.ij. Corint.  
xj.vi. Hericu.flu.pi.latro.pi.ex ge.pi.ex gēti.  
pi.in cl.pi.in soli.p̄icu.in mari pi.in falsis fra.  
Quis ḡ inter tot calamitatis et aduersa pos-  
set nisi fatus iocundari. Ecclz.iii. Vidi ca-  
lumnias que sub sole geruntur 7 psolatorē  
neminē. et laudaui magis mortuos q̄s viuen-  
tes. Flendū ē ergo. Hiere.vj. Luctū vnigeni-  
tis fac tibi planctum amarum. Tercio trista-  
tur recolendo vbi ent.s.in iudicio coram reo.  
Quia vt dicit Grego. Desup ent facies ira-  
ti iudicis. ppter qd̄ dicit Job.xvij. quis mihi  
hoc tri. vt in infer. pte.me et abscō.me. donec  
ptr.fu.tu. Hiere.x. Quis nō timebit te o rex  
gen. Ante erunt peccata accusantia 7 p̄trahē-  
tia ad iudicium retro erat mundus expellēs. a  
dextris 7 a sinistris erunt demones in infernū  
temerentes. sub? erit gehenna ardēs. Pro-  
pter que omnia dicent mon.ca. super nos et  
col.op.nos. Hic cadit exemplum illius regis  
qui semper tristis manebat. qui vnam sedem  
de lignis putridis fecit fieri. 7 posuit eam sup  
fornacem. 7 in ea fratrem suum sedere māda-  
vit. qui eum d̄ tristitia reprehēdit. 7 ensis erat  
ligatus p̄ filum super caput eius 7 quidae te-  
nebat balistam extensam cum sagitta ante fa-  
ciem eius et fecit omnia instrumenta musica-  
lia et tubas fortiter resonare. et ille semper tri-  
stis stabat. Sic ait rex et ego semp sto tristis.  
dam in putrida sede. s.in carne fragili me cō-  
spicio. et infernum subtus ardentez attendo.  
ensem diuine sententie super me ventuz p̄si-  
dero. 7 peccata mea tāz sagittas acutas for-  
midō. Quarto tristat recolendo vbi nō  
ē.s.in gloria dei et ciuitate celesti. Psal. Hen  
mibi quia inco.me plon.ē. Debem? ḡ flere. p  
incolatu p̄ntis miseric 7 pro dilatione patrie  
Psal. Si. ani.me.ad te.fon.vi. quando ve. 7  
ap.ante faciez de.me.fu.mi.la.m.pa. die ac no-  
cte dū dicitur mibi quotidie v.ē de.tu. Hoc

figuratum est in ara filia caleph. que sedēs in  
almo suspirauit et petij a patre terram uni-  
guam cui pater dedit irriguum superins. Et  
irriguum inferius. vt patet Iosue.xv. Irrigu-  
um superius pro dilatōne patrie. et irriguum  
inferius pro incolatu presentis miserie. Et sic  
patet quartum. Quinto ponitur vni 7 fir-  
mi gaudi⁹ repromissio. quia iterū videbo vos  
et gaudebit cor vestrum. Quod q̄-  
dem verum esse gaudiz prout hic colligetur  
q̄stum ad quinqz monstratur. Bruno erit  
gaudium perfectum et completum. Erit enī  
gaudium geminatum vel duplex. s. anime et  
corporis. Isa.lxj. In terra sua duplicita possi-  
debunt. Et hoc est quod dicit. Itez Apoc.  
vj. Date sunt illis singule stole albe. et dictus  
est illis vt requiescerent tempus adhuc modi-  
cum. Et tunc vt dicit Grego. singuli accipiēt  
stolas binas. Gaudium ḥo mundi est solum  
gaudium corporis. Luce.xij. Anima mea id  
est vita mea habes multa bona reposita i an-  
nos pl̄mos. Requiesce pme.bi.ep. Hecū  
do quia erit gaudi⁹ de visione creatōrum. Jo.  
xvij. Hec est vita eter. vt cog. te so. re. deum.  
In quo omnia cognoscemus. Grego. Quid  
est quod nesciant qui scientem omnia vident  
Vnde et cognoscemus et cognoscemur. Jo.  
x. Cognosco oues meas 7 cognoscit me mee.  
et hoc ē quod dicit. videbo vos. Gaudium ḥo  
mundi est de visione et vſu creaturatum. H̄  
illud erit de visione et fruitōe dei que in infini-  
tum excedit. Isa.lxij. Oculus non vidit de  
absqz te que prepa. expe. te. Tercio q̄ent  
gaudium intrinsecum scilicet cordia. Isa.lxvj.  
Tunc videbis et afflues et mira. et vila.co-  
tuum. Gaudium ḥo mundi non est intrinse-  
cum sed extrinsecum. quia non gaudet de vir-  
tutibus et gratia di que sunt in anima. sed de  
applicatione sensuum ad obiecta sicut de ap-  
plicatione gustus ad comestibile. 7 tactus ad  
tangibile. et sic de alijs. Letatur etiam mun-  
dus de peccatis que sunt cōtra naturam 7 ex-  
tra naturaz hominis. iuxta illud apli.j. Cor.  
vj. Omne peccatum quodcūqz fecerit homo  
extra corpus est. Drouer.ij. Letantur cū ma-  
le. et exul. in re. pes. Quarto quia ent pro-  
priū nostrum gaudium. Et hoc es qd̄ dic.  
Gau. ve. Gaudium mundi non est nostrum.  
quia non est de his que in nobis et nostra sit  
sed est gaudium rerum mundi. id est de bonis  
que sunt in rebus que sunt bona rerum etnō

## **Germio**

nostra. Quia ut dicit Boe. Lux et pulcritudo gemmarum non est deferendum sed ipar gemmaz. Unde omnia bona creaturarum quibus homo gaudet extranea sunt a natura hominis et si scirent loqui dicerent. Ista bona sunt nostra. Nonne pulcritudo pennarum pannonis est pannonis et pulcritudo auri est auri. Qui gaudium illud erit perpetuum nec poterit afern. Isa.ij. Leticia sempiterna super capita eorum. Gaudium et leticiam obtinebunt. Gaudium vero mundi non est perpetuum immo cito transit et mille modis potest auferri. et frequenter auferitur. i. Jo.ij. Transit mundus et cum eius. Eritudo de ipso modicum est curandum. Et h est. Gau. re. ne. tol. a. vo. Et sic patet quintus.

De epistola

Germio. liij.

**O** bsecro vos tanquam aduenas. et pegri. absti. v. a carnalibus desi. cc. i. De.ii. Beatus Petrus tanquam capitaneus militie christiane hortatur milites Christi abstinere ab his que vastant totam militiam Christianam. Et hec sunt carnalia voluptates et carnalia opera. et non solum hec militiam spiritualem deuastant: sed etiam carnalem et imundanam. Unde in titolio d' militiae hanibalis dicit. quem nec ferrum nec nives nec alpes nec viarum discrimina vincere potuerunt. enervaverunt delicie campanie. Nota de illo duce romanorum qui fuit missus ad reparandum quendam exercitum et militiam ob delicias devastatum qui statim omnes mulieres expulit de exercitu et capones et maledavit quod nullus haberet famulum et nemo haberet nisi unum equum propter quod militiam repauit. In hac erga beatus Petrus ad se nos hortatur primum capiter. que non servata deuastat militiam Christianam et servata roborant et decorant. Primum est abstinencia carnalium voluptatum et ea quae refrenatio in principio epule. Secundum est bona cum gentibus queratio et dictiorum ratione ibi. Contra. re. inter. ge. ha. bo. Tercium est subiectio liberonum ad maiores. et huius cause redditio ibi. Subiectio estote omni humane creature. Quartus est modi subiectoris declaratio ibi. Quasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatem. Quintum est ad obsequij subiectio et positio ibi. Omnes honorate fratres vestrum. deum tunete. Se-

## **LIII.**

Etum est ad dominorum suorum subiectorem seruorum exhortatio et cause huius assignatio ibi. Serui subditi estote in omnibus vestris. **¶** Primo ergo beatus Petrus nos hortatur ad abstinentiam carnalium voluptatum. et ad hoc tria allegat. **¶** Primum est. si consideremus quid accidit primis parentibus qui carnale desiderium fecuti. postmodum veritum comedenterque propter deparadiso expulsi sunt. et in hac valle miserie tanquam in exilio relegati. et multis peccatis et tandem morti cum suis posteris condemnati propter quod nos filii eorum omnes aduenientur. Aduena enim dicitur qui terram inhabitat alienam. Psal. Aduena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Et hoc est quod dicit. Obsecro vos tanquam aduenas. Quasi diceret. Recolite quod ex peccato gule propter morum parentum aduenientur. et de civitate vestra expulsi et multis malis addicti. Sic etiam faciunt capitanei exercitus mundi qui reducunt militibus ad memoriam mala que pres eorum ab aduersariis sunt percussi. Et sic patet quod deus expulit hominem de paradiiso. et in hac valle miserie relegauit. non ut hic ficeret alium paradisum: sed ut dicit Augustinus. tanquam in exilio ad faciem penitentiam. Job. xxviii. Dedit ei deus locum penitentie et ille abusus est in superbia. Ro. viii. Debitorum sumus non carni ut sim carnem vivamus. **¶** Secundum quod allegat est. si consideremus qualiter positi in mundo sumus. Non enim posuit nos deus in hoc mundo tanquam ciues et mansionarios mundi sed tanquam peregrinos mundi et ciues celorum. Ephe. iiij. Nam non es tu hospes. et adueniens sed es tu ciues et domestici dei. Michee. iiij. Surge abite quia non habetis hic requiem. Et hoc est quod dicit peregrinos. Peregrinus est qui transit de loco ad locum. Sic et nos. Hebreo. xiiij. Non habemus hic in maestram. sed fuimus in qua. Que est ciuitas et hereditas nostra continens summas et perfectas delicias quibus priuabitur omnis qui eas hic querit in patria aliena. Auge. xvij. Recordare quia receperisti bona in vita tua. Et ideo abstinentiam est hic a carnalibus desideriis ut ad bona peruenias eternam. Hebreo. xiij. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis reprobationibus sed alioquin eas aspicietes et salutates et probites quod peregrini et hospites sunt super terram. **¶** Et non quod sunt ad quoniam quod peregrinis conueniuntur

In epula hortativa non ad secundum

mus et eē debemus in hoc mundo peregrini.  
¶ Primo quia peregrinus fessinat ad ciuitatem suam redire. et omnem terram quasi alienam preterit. Sic et nos facere debemus. Hebre. viii. Non ha. hic ma. ci. ¶ Secundo quia peregrinus accipit solum pecuniam necessariā ad victū et nō grauat se supfluis. Sic et nos facere debemus. i. Thib. vi. Habentes alimēta et qui. te. his pte. simus. ¶ Tercio quia a terrenis irridetur et molestias patitur et non vincitur sed suffert omnia patienter. Sic et nos facere debemus. Mat. v. Si quis peccate in tex. ma. pbe ei et alte. Ro. xiij. Nulli malum p malo red. ¶ Quarto quia lete recipit. sed stricte cum eo in exitu computatur. Sic siendum nobis cogitare debemus. Mat. v. Qd exibis inde dō. red. no. qua. In eodez. xij. De omni verbo ocioso qd locu. fu. bo. de eo red. ra. in die iii. Eccl's. xij. Cūcta que fiunt adducet tens in iudi. pro omni errato sine bonū siue malum sit. Bern. Sicut nec capillus d capite. Sic nec momentum de tempore pbit. ¶ Quinto quia post recessum suum statī obliuioni tradet sic et nos a mundo prorsus obliuioni trademur et apud posteros nō cognoscemur. Et ideo de fama et honore mudi modicum ē curādum. Sapient. v. Tāq̄ memoria hospitis vnius diei pretereuntis. Psalm. Perit memoria eorum cum sonitu. Boeti⁹ factas ḡ prorsus ignorabiles. ¶ Terciū qd allegat est. quia carnalia desideria nos impugnant. et in p̄leō spiritus faciunt nos succubere inimicis. Et hoc ē quod dicit. Que militant aduersus animā. Gal. v. Caro p̄cū. adū. spi. et sp̄ns aduer. car. hec em̄ sibi unicem aduersantur. Et nota q̄ nō solum dicit abstinentia ab opibus carnis: sed etiam a desiderijs. Psalm. Beatus qui tenebit et allidet p̄nulos suos ad petram. Cuins rō ē quia i pugna carnis perditio ē mentis. Ro. vij. Videò aliā legem in mēbris meis repugnante le. men. mee. Et ideo nisi principio temptationis. s. desiderio et cogitatōni resistamus necessario succubamus. Docta principijs obsta. Unde i tēptatōe et in p̄leō carnis duo s̄ facienda sc̄ principio resistere. et aspectum et cōtuberniū fugere. i. Cor. vij. Fugite fornicatōem. Hic si ceterimus omnino perdemus. quia nec fortōres sampsonē. nec prudētores salomone. nec dauid sanctiores sumus. vt dicit Hiero. Et Prover. vij. Nūquid potest homo absconde-

re ignem in sinu suo vt vestimenta illi⁹ nō ardeant z̄c. ¶ Un belyas qui coram rege steterat impteritus a facie izabel in desertū fugit. ij Regū. ix. Eccl. xvij. Fili post cōcupiscentias tuas non eas que faciunt te in gaudiū inimicis tuis. ¶ Notaduz ei q̄ a carnalibus desiderijs abstinere debemus. ppter sex. P̄mo quia sunt efficacissima tela ad vulnerādū. vt dictum est eo q̄ in tali bello perditio est in carne. ¶ Secundo quia sunt ignis grecus siue ignis penarum qui omnia consumit. Job. xxij. Ignis est vsq; ad psumptōem deuorans. ¶ Tercio quia sunt fluius inundans hominem submergens. Gen. xlj. Ruben effusus es sicut aqua. nō crescas quia ascendisti cubile patris tui. Huins exemplum habemus in prima etate que in diluvio est psumpta ppter peccatum carnis. Omnis quippe caro corruptiā viam suam. vt patet Gen. vij. ¶ Quartio quia sunt sicut venenum animam mortificans. Proverb. xxij. Sicut regulus venena diffundet. Iaco. vij. Inquietam malum ē plenum veneno mortifero. Unde sicut basilis⁹ inficit solo visu sic voluptas carnis. Mathei. v. Qui vide. mu. ad p̄cū. cā i am mechatus ēi corde suo. ¶ Quinto sunt sicut laqueus ad capiendum et sicut vincula ad tenendū. Unde insidiose capiunt et postea fortilissime tenet. Eccl's. vij. Inueni amariorem morte mulierē que laqueus venatorum est et sagena cor. p̄ vincula sunt manus illius. qui placet deo effugiet eam. Unde dalida ligavit sampsonē septem licijs. Judi. xvij. Sic captus ē siben. filius emor de dina filia iacob et p̄glutinata ē anima eius ad eam. Gen. xxxij. et qmon de thamar sorore sua. q. Regū. xij. Et nisi p̄ speciale gratia⁹ homo ab his vinculis fuerit retitus. Sap. vij. Scui quoniam aliter esse nō possum cōtinens nisi deus dederit. ¶ Sexto quia sunt sicut p̄r ad tenigrādam famam et honorē hominis. Eccl. xij. Qui tetigent p̄cem coinquinabitur ab ea. Hunc autē peccata carnalia maioris infamie q̄ spūalia q̄uis nō sunt tanti ponderis. Eccl. ix. omnis mulier fornicaria quasi sterlus i via cōculatur. Unde de salomone dicitur Eccl. xlviij. Inclinati femora tua mulieribus et dedisti maculam in gloria tua. Et per hoc patet solutio ad questionem que posset fieri scilicet quare porus monet abstinere a carnalib⁹ q̄ a spiritualib⁹. cum spiritualia sunt maiora. quia scilicet carna-

# Berimo

## LIII.

lia sunt maioris infamie et minus tolerari possunt quod alia. et isti inter gentes conuersabantur. Et ideo ab his monet abstinere que famam sedunt et conuersationes corrumpt. et sic patet primum. Secundo horitur ut conuersatione bona habeamus inter getes. d. Conuerter. gen. ha. bo. i. virtuosam. Quia deus per hunc virtus est que bonum facit habentes et opus eius reddit laudabile. Tunc ergo est conuersatio bona quando est virtutibus plena. quia sola virtus bonum facit hominem. quia nec sapientia nec scia. nec potestia. nec dimitie. nec dignitates possunt hominem bonum efficere nisi sola virtus. Abi nota quod cum bonum sit quod omnia appetunt ut dicit per hunc. tunc conuersatio nostra est bona. quoniam deo et hominibus placet. Eccl. xv. Dilectus deo et hominibus moyses. Quoniam autem est per quod deo et hominibus magis placere possumus nisi per dilectionem. Nam per dilectionem deo placemus. et hoc propter quatuor que dilectio operatur. Primo quod dilectio cum ignis divinus sit consumit rubiginem peccatorum. Prover. x. Universa delicta operit caritas. et ideo facit hominem mundum et consequens deo placitum. Prover. xxiij. Qui diligit cordis misericordia propter gratias labiorum suorum habebit amicum regem. Secundo cum dilectio sit vinculum ligans in unum diversa. iuxta illud Collo. iiiij. Super oia autem caritate habete que est vinculum perfectum. Ligatus enim hominem cum deo et facit in ipso manere et unum esse cum deo. j. Io. iiiij. Qui manet in causa. in deo manet et deus in eo. Et per consequens deum diligens placet deo cum sit unus cum eo et in eo manens. Tercio quod cum per dilectionem ad optemur in filios dei. iuxta illud Gallat. iiiij. Videlicet deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem. abba pater. i. clamare nos facientem. Et manifestum est quod per dilectionem efficiuntur carissimi filii dei. j. Job. iiiij. Videte quia causa dei non est ut filii deino. et simus. Et per consequens dum diligenter tamquam filius carissimus ei placet. Nam carus est per creationem. carior per fidem. et carissimus per dilectionem. Quarto cum plenitudo legis sit dilectio. ut dicitur Ro. xiij. quod diligenter maledata eius et precepta eius custodit. j. xiij. Si quis diligenter me seruit. me seruabit. Qui autem seruat maledata eius diligenter a deo et placet deo. Job. xv. Vos amici mei estis si seque ego precepis vobis. Quod similiter per dilectionem placemus primo. etiam propter qua-

tuor. Primo quod cum caritas non querat que sua sunt. ut dicitur 1 Corin. viij. homo habens dilectionem gaudet et curat de bono proximi sui. j. Co. x. Non quereres quod mihi utile est sed quod multis ut salvi fiant. Omnis autem quod sic est sollicitus de proximo suo. merito placet ei. Secundo quod cum dilectio habeat amantem in assimilatum transformare. iuxta illud hugonis de sancto victore. scio anima mea quod in eum quecumque diligis transformaris. homo diligens proximum in proximum transformatur cōgaudens omnibus bonis suis et malis cōpatiens. Ro. xij. Haudem cum gaudetibus flere cum flentibus id ipsum innices sentientes. ij. Co. xij. Quis infirmatur et ego non infirmor. quod scandalizatur. et ego non vixi. Qui autem sic afficit ad proximum merito placet ei. Tercio quod cum caritas sit amor honestus et castus sine amor amicicie. qui est quando quis amat proximum propter proximi utilitatem et non sit amor utilis sine concupiscentia. qui est quoniam quis amat aliquid propter sui comodum et utilitatem sicut est amor mundi. manifestum est quod habens caritatem procurat et imprecatur proximo omnia bona que potest et ab omni lesino cauet. ij. Corin. xij. Ego autem libenter impendam et superimpendar ipse per animas vestris. Item in eodem. viij. Capite nos. Reminemur. neminem corruptimus. neminem circumuenimus. Qui ergo se sic circa proximum habet merito ei placet. Quarto cum caritas patiens sit. benigna sit. non agat perpera. non emuletur. non infletur non sit ambitus non gaudet. super iniqui. cōgau. antez veri. omni. cre. omnia sustinet. oia sperat. ut dicitur. j. Corin. viij. manifestum est quod habens caritatem de necessitate hominibus placet. j. Corin. x. Sic autem et ego per omnia omnibus placebo. Conseguenter ostendit ad quid et quare bona queruntur habere debemus. qui non ad vanam gloriam. vel deceptionem ut hypocrite. sed solus ut deus glorificetur in nobis. Math. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videtur opera vestra bono. et globo. et paup. qui est in celis. Et hoc est quod dicitur. ut in eo quod detractatur de vobis. i. in detracendo tractant vel obloquuntur. tanquam de malefactoribus. id est quia vos maleficere reputant quando idola respuitis. et unum deum colitis. et alia opera christiane religionis sicut fideles christi salvabriter exercetis. Et bonis operibus vos considerates glorificant deum per vos et in vobis cuius imitatores facti estis. j. Corin. vij. Glorificate et portate deum in cor-

nō 20 In dilectione

poce vestro. i. sic agite ut deus glorificetur in  
vobis. Et hoc quoniam. Certe non nisi in die et in te  
poce visitat ois superius. sive. s. quoniam eos dominus per  
gratiam suam visitabit. hoc est quando a peccatis  
converterentur ad penitentiam renentes.  
Non enim infideles et peccatores glorifi-  
cant deum in operibus fidelium donec manet  
in tenebris peccatorum. sed quoniam ad gratiam con-  
vertuntur. **I**sai. lxv. **D**onum visitationis tuam  
pacem. **P**rouer. xvij. **C**um placuerit dominus vie ho-  
minis inimicos quoque eius converteret ad pacem.  
**V**el in die visitationis vestre quoniam vos dominus per  
flagella visitabit et aduersa. **P**sal. **V**isita-  
bo in virga iniquitates eorum. misericordia autem  
mea non dispergat ab eo. **Q**uod tempus est tota  
vita presens in quo dominus fideles suos vi-  
sat per aduersa ut per patientiam deparent.  
j. **D**icitur nunc si oportet contristari in  
variis temptationibus. ut probatio fidei vestre  
multo preciosior sit auro quod per ignem probatur.  
innenias in laude et gloria et honor. et reuelationem ihesu christi.  
Videntes enim infideles et  
peccatores in istos et fideles in tot aduersis non  
deficere sed gaudere. iuxta illud. **A**ctu. v. **V**erum  
apostoli gaudet a consilio. canticis. quo. dig. ha. sunt per  
noctem ihesu contum. pa. glorificabat enim qui eos  
ita fecerat fortis. **A**nde de beato domino  
legit quoniam dolorose ipse cum socio suo per totum  
quadragesimam in pane et aqua ieiunassent et in terra  
iaceissent hostes eorum quoniam erant non credentes in dei  
laudes proximamente dicentes. **V**eni isti ho-  
mines boni sunt. **V**el in die visitationis qui  
erit in iudicio quoniam vos recipietis premia et ipsi  
supplicia. tunc enim merito deum poterunt glorifi-  
care. quoniam reddet vniuersitatem iuxta opa sua. **E**t sic  
patet secundum. **T**ercio horum liberos ut per  
pter deum maiorum subiunctionem. et huius causas  
assignat. **E**t hoc est. Subiecti estote omni hu-  
mani creature propter deum. i. oī homini cui per  
quemque modum subiuncti debet. **V**el oī huma-  
ne creature. i. omni persone generali. quis est rex  
vel potestas. vel episcopus. vel beneficiarius. qui sunt persone  
generales in dignitate posite. **E**t qui est mala  
subiectio ut quoniam homo seruit aliis in peccatis.  
i. ad hanc remouendam subiungit propter deum  
scilicet habendum. ut prepositio dicat vel finem vel  
ordinationem ad finem. ut sit sensus quoniam seruum  
dominis. non propter bona trahit sequenda. scilicet  
ut in tali seruatio ipsius deum mereamur tanquam  
finem nostri fructus. **S**ene. xv. **E**go merces tua  
magna nimis. **E**t sic prepositio dicit finem. **V**el

propter deum. i. in his seruamus dominis in quibus et propter que ordinam ad finem deum qui  
est finis omnium. **E**t sic prepositio dicit ordina-  
tionem ad finem. Ordinamur autem ad finem deum  
per bona et iusta opera. **E**t id in operibus iustis et  
bonis debemus dominis seruire et non in aliis.  
**C**onsequenter specificat quibus subiecti debe-  
amus. d. **S**ine regi qui alios in potestate pre-  
cellit. sine ducibus. i. aliis minoribus dominis  
qui iure potestate habent. ut pote qui a rege  
domini constituantur et mittuntur ad alios re-  
gendum et iudicandum. scilicet ad vindictam male  
factorum. i. penam propter hoc enim data est po-  
testas a deo et a rege terreno. ut scilicet mali  
puniantur. **L**audem honorum que consistit in  
hoc quoniam sicut mali puniuntur. **R**o. xiiij. **V**is  
non timere potestatem. bonum fac et habebis  
laudem ex ista. **V**el laudem honorum. i. meritum  
laudis. Nam in eo quoniam in bonis et bene seruunt  
laudem magnam merentur. **S**ic ergo domi-  
nis temporalibus propter deum subiecti debe-  
mus. **R**o. xiiij. **O**mnis anima potestatibus sub-  
limioribus subdita sit. Non enim est potestas  
nisi a deo. **E**t sic patet quoniam non intendit quoniam  
minimi nos subiectiam. **S**ed protra ad philip.  
.ij. dicit. **S**upiores subiuncte arbitrates non  
que sua sunt singuli considerantes. sed ea quoniam alioz  
**D**icendum est quoniam quedam est ratione subiectio  
aliis ex parte se subiectientis. scilicet humilitas.  
et hinc ratione qualibet debet omnibus subiecti.  
et de hac loquitur apostolus ad philippi. **Q**uia in hu-  
militate debemus omnes nobis superiores ar-  
bitrari. id est cordibus nostris existimare ali-  
os nobis esse superiores et digniores apud deum.  
et hoc inuicem ut sibi alter alteri reputet  
dignorem. **H**ec hoc ita debemus existimare  
ut fingamus sed vere existemus posse esse  
aliquid occultum in aliquo quo nobis superenor  
sit apud deum. etiam si bonum nostrum quo illo  
superiores videmur non sit occultum. **E**tideo  
de omni iusto cantamus. **N**on est inventus si  
milius illi quoniam per legem excellet. **A**nde sextus gradus  
humilitatis ponitur credere et praincipiare se omnibus  
viliorem scilicet hinc defectus occultos quos  
in se cognoscit et hinc dona quoniam in aliis latentes.  
quoniam ipse non videat. et multos defec-  
tus ipse habeat quos alii non vident. **U**n-  
de sancto machario oratione angelus dicit. **N**on  
dum ad mensuram duarum cognatarum in

## Sermo

### .LIII.

proxima ciuitate cōmorantū peruenisti. Et rādē alteri heremite dixit angelus q̄ plus di ligeret cattā suā q̄s beatus Greg. oēs dūmīas sc̄as & q̄ cū beato greg. esset in celo māsio nem habiturus. Alia est ratio subiectōis ex parte illius cui subiici debemus. s. potestas v̄l dignitas persone fm̄ quā nō omnibus debe mus subiici. Et de hac loquitur hic. ¶ Lōse quē reddit cām quare subditi cē debem⁹. d. q̄ hec ē volūtas dei. qui de malis bonū elicit Regem te⁹ mala fieri sineret. vt dicit Ang. si inde eliceret bona sicut sapiēs medic⁹ de veneno elicit tiriacā. Nos ergo in hoc deū imitari debemus vt etiā malis vtamur in bo num per bonā cōuersationē nostrā & humilē subiectionem eos ad penitentiā cōuertendo. Hec ergo est volūtas dei. vt benefacientes i. q̄ bona conuersationē vestrā in malis bene v̄tētes obmutescere faciat. subtrahēdo illis occasionē loquēdi et detrahēdi. ignorantias impudentiū hominū. s. principiū et dñorum. qui igno: at quomodo et q̄n regere debeant Ds. Nescierūt neq; intellecterūt i tenebus ambulat. Et sic patet tertiu. ¶ Quarto mō subiectōis declarat. dicens. Hec bona facite quasi liberi. i. sicut esti liberi. Unde 'y quasi ē expressiū veritatis. Quasi. d. Sicut vere liberi estis. sic domino libere et volūtanē serui aris in hoc vestrā libertatē ostendētes. Abi di. glo. Quo maiore libertate apud homies v̄tūr eo liberi⁹ dinino famulatu⁹ subinga tissimusi. Et nō habentes. sup. sitis libertatē quasi velamē malicie. vt. s. nolitis seruire. q̄ liberi estis sub mantello libertatis vos tegentes. Hoc autē dixit aplus p̄tra quosdā q̄ dicebant q̄ filiis nos liberauit. xvi liberi sum⁹ & nemini seruire debem⁹. & ideo principibus & superioribus sua iura negabāt. Tales erāt inde dicētes Job. viij. Semē abrahe sum⁹ & nemini seruumimus vñq. De quibus Job viij. Vir vanus in superbiā erigit & quasi pul lum onagri se liberū esse putat. Reuera iam quidā habent libertatem quasi velamen mā liec gaudētes p̄m̄ilegio exemptōis & quadā libertate ne a suis ordinarijs visitēt. Quidā etiā religiosi habēt quedā p̄m̄ilegia exempti onis vt nō sequant̄ chorū que sunt velamen sue negligentie & parue deuotionis. Contra quos. i. Cor. viij. Si potes fieri liber. s. liberatē exēptōis magis vtere. s. seruitute. Gal. v. In libertatē vocati estis fratres. tñ neli

bertatē detis in occasionez carnis. Sed sitis sup. sicut serui dei. i. humiliter seruientes. Ut enim dicit glo. seruitus dei humilitatē requiri nt. vt. s. principibus & dominis humiliter ser uiatis. ¶ Tibi q̄. Seruū de non oportet litigare. sed mansuetuz esse ad oēs docibilez pa tientem. Et sic patet quartu. ¶ Quinto hor tatur ad quedā que sunt excitatina ad obsequiū subiectōis dicens. Omnes honorate in terlinaris. i. vnumquēch pro suo modo. fra nitatē diligite in tāti vt vos qui superiores estis subiectos vobis vt fratres diligat. Hebre. xiiij. Caritas fraternitatis maneat in vo bis. Dēi timete. q̄r qui timet dēi faciet bo na. Eccl. xv. & cauet a malo. Proverbiorū .xv. Per timorem domini declinat omnis a malo. Et ideo qui sine timore est iustificari n̄ poterit. Regem honorificate reddendo ei q̄ si: a sunt. Math. xxij. Reddite que sunt cesar is cesari. et q̄ sunt dei deo. Et sic patet quin tum. ¶ Sexto horatur seruos ad subiectio nem domino:rum suorum. et causaz assignat. Unde glo. dicit. Hucusq; horatus est libe ros ad subiectionem. nunc seruis loquitur vt ipsi subiecti sint dominis. Dicit ergo. Serui subditi estote dominis vestris in omni timore scilicet vt nec deum offendatis. nec domini seruire recusatis. Sed quomodo in omni timore. ergo in seruili. Ad quod dicenduz q̄ omne et totum et perfectuz quandoq; idem dicimus. Sic accipitur hic. Unde in omni timore. i. in perfecto timore perfectione suffi cientie. et hoc est ad minus in timore initiali q̄ habet duos oculos vnum ad premium et alterum ad penam. Et nō tantu subditi estote dominis bonis. i. fide et moribus instructis & moderatis in imperando et in cōdemnando quid contra illos cōmissum est. Sed etiam dis colis. i. indisciplinatis et austerioris. Conseque ter huius subiectionis causam assignat dices. Hec est enī gratia i xp̄o ihesu dño nostro. i. per hoc acquirit et p̄sernas gratia deip quā accrescūt nobis merita i xp̄o ihesu. Et sic pa tet totum.

¶ Dominica tercia de euangelio.

Sermo. lxxij.

**A**do ad euz qui me misit. Johan. xvij. Christus fidelis et verus legat⁹ p̄ qua venerat legati one patrata sc̄s salute humana rediit ad euz

qui misit istum. **Johā.** vbi supra. **E**xivi a pa-  
tre et veni in mundū. iterū reliquo mundū  
et vado ad patrem. **E**t sicut hīm humanā na-  
turā venit in mundū. ita hīm eandem reliquit  
mundū. **I**nquantū ḥo de⁹ est semp et ubiq⁹  
est. **H**ūc aut̄ suū recessum sicut pi⁹ magister  
et pater dīscipulis suis p̄dicit. **E**t q̄r recessus  
iste est ad regnandū sicut adūetus fuit ad pa-  
tiendū. iō ne de recessu perturbēt p̄mittit eis  
multa donaria mittere. **S**piritūsanctū a quo  
oia dona donant. **Ephe.iiiij.** **A**scendēs ī altū  
captiuaz dñxit captiuitatē dona dedit homi-  
nibus. **I**n hoc ergo euāgelio suū recessum p̄-  
dicit. in quo principaliter quinq̄s facit. **D**ri-  
mo suū ascensum ad patrē p̄dicit ex quo aplō  
rum tristitia est secura. **I**n principio euāgeli⁹.  
**S**ecundo rōem et fructū sui ascensus assignat  
q̄m̄ multa bona sunt habita. ibi. **S**ed ego  
veritatē dico vobis expedit vobis ut ego va-  
dam. **T**ercio vñ op⁹ qđ spiritūsanctus erat  
in suo adūetu facturus ponit. q̄ quod mundi  
malicia est arguta ibi. **E**t cum re. il. arg. mun.  
**Q**uarto aliud opus p̄ spiritūsanctū faciēdū  
ponit q̄ quod oīs veritas est edocta ibi. **L**uz  
aut̄ reuerit iste spiritus veritatis tocebit vos  
omnē veritatē. **Q**uito t̄ciū op⁹ sp̄issanci po-  
nit q̄ qđ ē xp̄i vera deitas demonstrata ibi. **I**l-  
le me clarificabit. **E**t sic p̄mū op⁹ sp̄issanc⁹  
factur⁹ erat q̄stū ad totū mndū. sc̄dū aut̄ q̄stū  
ad aplōs et aplicos viros. t̄ciū q̄stū ad xpm̄.  
**P**rimo ḡ xp̄s suū ascensu⁹ ad patrē p̄dicit.  
dicens. **V**ado ad eī qui me misit. i. in p̄ximo  
est ut vadā. **Q**uod enim est in fieri frequēter  
dicitur esse factū. **E**t quia xp̄i passio cā fuit ta-  
lis ascensus et exaltatiois. iuxta illud **Philip.**  
ij. humiliavit semetipsum z̄c. propt̄ qđ de⁹  
exaltauit illū. q̄ tūc erat in ianuis. nam quinta  
feria post cenaz xp̄s hec verba dixit quando  
iudei ad eī capiendū veniebant ipsum morti  
tradituri. ideo dicit. **V**ado ad eū qui me mi-  
sit. **O**mnes enī prope mortē constituti cosue-  
nerunt similiter dicere. **E**cce ego morior. **D**i-  
cit ergo. **V**ado ad eum qui me misit. i. ad im-  
mortaliatem et gloriam patris ascendaz hīm  
naturam assumptam in qua ad penaz et mor-  
tem descēdi. et nemo ex vobis interrogat me  
quo vadis. i. ita patenter coram vobis ad pa-  
trem ascendam op⁹ opus non erit interrogare  
**A**ctu.ij. **C**identibus illis eleuatns est in celū.  
**C**arissimi manifesta est via qua christus iuit  
per mundū et qua iuit ad celum. **G**ia qna

uit per mundū fuit via magne paupertatis.  
**M**ath. viij. **A**ulpes vo. ha. et volucres celi  
nidos. filii aut̄ hominis non habet vbi ca-  
put suū reclinet. **N**atus est sub domo nec erat  
ei locus in diversorio. et ideo in presepio ma-  
ter sua eum reclinavit. **L**uce.ij. **F**uit via ma-  
gne caritatis. quia seipsum tradidit seruiens  
in luto et latere miseriarum nostrarum trigin-  
ta annis vt nos ab eis liberaret. **Job.iiij.** **S**ic  
deus dilexit mundum ut filium suum vige-  
nitum daret. s. in nostrum seruituz et precii.  
**F**uit via magne būilitatis. **M**ath.ij. **D**isci-  
te a me quia mitis sum et humilis corde. **F**uit  
via perfecte obedientie. **Phil.ii.** **F**actus est  
obediens usq̄ ad mortem. mortem aut̄ cru-  
cis. **M**ath. xxvi. **N**ō sicut ego volo sed sicut  
tu. **F**uit via summe et perfecte patientie. **Isai.**  
liij. **S**icut omis ad occi. du. et non ap. os sunz.  
**Mar. xv.** **N**on respondes quicquā vide in  
quantis te accusant. **E**t fuit via perfecte ri-  
ctorie. **N**am vicit mundum dyaboluz et om-  
nia opera peccati. **Job. xxvij.** **C**onfidite quia  
ego vici mundū. **Augl.** **M**anu inermi et affi-  
xa cruci debellauit aeras ptates. **P**er hanc  
ergo viam christus iuit. video gloriolus et in  
mortalis resurrexit et cum magno triumpho  
celos ascendit. **Isai.lij.** **E**cce seruus meus ex-  
altabitur et eleuabitur et sublimis erit valde.  
**S**iergo volumus de terra ad celū ascendere  
et cum xp̄o in gloria exaltari. persupradictas  
vias xp̄inos abulare oportet. **Isai.rr.** **H**ec  
est via ambulate in ea. **I**sta autem via ē val-  
de difficilis et arta. **M**ath. vij. **A**rta est via q̄  
ducit ad vitam. et p̄anci ambulant per eam.  
**E**t ideo iste iuuenis cui christus dixit. Ven-  
de omnia que habes et da pauperibus. et ve-  
ni et sequere me. abiit tristis. ut pater **M**ath.  
xir. **S**equit. **S**ed q̄r hec locutus sum vobis  
tristitia impletuit cor vestru. **Q**uia vt di. Be-  
da. magis tristabantur de recessu quo eos te-  
serebat q̄ letabantur de ascensiū quo patrē pe-  
tebat. **M**agis enī homo de amissione remun-  
temporalium dolet q̄ spe futuorū honorū le-  
tetur. et iō inter mundana discriminā pertur-  
batur. **E**t q̄r apostoli adhuc homines erant  
et hīm hominem ambulant. ideo audito discri-  
mine mortis christi tristitia cor eorum imple-  
vit vt hic dicit. **E**t sic p̄z p̄mū. **I** Sed oīc  
et fructū sui ascensus assignat. **d.** Ego ven-  
tem dico vobis et non euro vobis applaude-  
re. **P**rouerbio. ix. **Q**ui blandis fictisq̄ ser-

27  
2. hoc erat

# Hermo

monibus loquitur amico suo. rete expandit gressibus suis. **E**xpedit vobis ut ego vadam i presentiam meam corporalem ab oculis vestris subtraham. quia si hanc per recessus non substraxero paraclitus non veniet ad vos. In qua ratione duo tanguntur. scilicet carentia spiritus sancti. si non abierit. et presentia et aduentus eiusdem si abierit. **S**ed contra. **C**ubitus est filius vestri est pater et spiritus sanctus et ecouerso de patre et spiritus sancto. **J**ob. xiiij. **P**hilippe qui videt me videt et patrem meum. non credis quia ego in patre et pater in me est. **S**ic ergo debuit dicere ecouerso scilicet. **S**i abiero paraclitus abierit et sic stetero stabit. **A**d quod dicendum quod Christus cum apostolis corporaliter est mortuus eum sicut dominum et magistrum suum carnaliter diligebant. nec ipsum verum deum credebant nec cognoscebant. ut dicit Augustinus. **J**ob. xiiij. **L**anto tpe vobiscum sum. non cognovistis me. sed credebant eum esse messiam venturum in lege promissum quem inde dicunt non debere esse deum. sed maximus dei prophetam esse specialem dei filium adoptatum. non autem naturalem. quem credebant versus ad liberandum israel de manibus romano rum. **L**uce. xiiij. **N**os antez sperabamus. quod ipse redempturus esset israel. **E**t ideo ut carnales ipsum tam carnaliter cognoscebat et diligebant. **S**ic autem cognoscere et amare christum non sufficit ad salutem. immo oportet ut cognoscamus ipsum ut verum deum et verum hominem. **J**ob. xiiij. **C**reditis in deum et in me credite. In hoc enim catholica fides consistit sine qua nemo potest saluari. **H**ebrie. xi. **S**ine fide impossibile est placere deo. **H**anc autem cognitionem spiritus sanctus adueniens post mortem Christi apostolis perfecte attulit. quod Christus et verum deum et verum hominem cognoverunt. **E**t ideo spiritualiter et non carnaliter cum postmodum cognoverunt. **C**orin. v. **E**t si cognovimus factum carnem Christum sed nunc iam non nouimus. **E**t sicut per spiritum sanctum ipsum et verum deum cognoverunt. ita per eundem spiritum sanctum eum ut verum deum amauerunt. **R**o. v. **C**aritas dei diffusa est in cor nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. **H**oc est ergo quod dicit. Expedite vobis ut ego vadam. ad hoc ut scilicet habeatis rem fidem et spem de me. et me ut verum deum diligatis. quas virtutes usque modo non habuistis. **S**ienim non abiero paraclitus non ve-

# .LIII.

niet ad vos. i. si presentiam meam corporalem ab oculis vestre carnis non substraxero. ad noticiam dei vos per inuisibilem spiritum non perduco. ut dicit Gregorius. **S**i autem abiero mittam eum ad vos. i. faciam vos spiritualiter vivere. et per spiritum sanctum faciam vos veram fidem de me habere. **A**ugustinus. **N**unquid non hic positus. spiritum sanctum non poterat mittere. **Q**uid est ergo si non abiero paraclitus non veniet ad vos nisi non potestis capere spiritum sanctum quodcumque factum carnem nosse persistitis Christum. **X**po autem ascende corporaliter. non solus spiritus sanctus sed et pater et filius illis spiritualiter affinit. et ideo sicut pueris expediebat apostolis ut ab eis Christi presentia auferret et ad spiritualem noticiam dicerent. **H**ebreorum. v. **O**mnis enim qui lactis est particeps expers est sermonis iusticie. **P**erfectorum autem est solidus cibis. **I**sai. xxvij. **Q**uem docebit scientiam et quem intelligere faciet auditum. ablactatos a lacte. avulsus ab uestibus. **E**t nota hic quod abraham fecit grande coniunctionem. quando ablactavit Iacob. **S**ene. xxi. **E**t anna duxit samuelum ablactatum in domum domini cum tribus modiis farine et tribus vitulis. **J**. **R**egum. i. **Q**uia magna gratia est ad spiritualem noticiam pervenire. que per talem ablactationem intelligitur. **P**sal. Non fecit taliter omninationi et indicia sua non manifestauit eis. **E**phe. vij. **Q**uo alijs generationibus non est agnatum filius hominum. sicut nunc renelatum est sanctis apostolis eius et prophetis. **C**ognoscamus ergo carnissimi Christi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. quia beati qui non viderunt et credi. **J**ob. xx. **N**otandum ergo quod sicut apostolis expediebat ut ab eis Christi presentia substraberetur ita multis expediebat ut eis bona presentia substrabantur. quia aliter ad deum cognoscendus non accedunt. sed in ipsis bonis credunt totaliter deum esse. in ipsis finem suum ponentes. **P**sal. **B**eatum dixerunt populus cui heres sunt. **S**ic iob denudatus ab omnibus ait. **N**unc oculus meus videt te. et ago penitentiam in fauilla et cinere. **M**athei. v. **B**eatissimi pauperes spiritu quoniam ipsi deum videbunt. **E**t sic patet secundum. **T**ercio ponit unum opus sine officium quod spiritus sanctus in aduentu suo facturus erat. quod est arguere mundum. **E**t hoc est. **L**umi venerit ille arguet mundum. i. faciet vos et uestros se

322

quaces aptos & ydoneos ad mundum & mun-  
danos arguendū. Non enim aliter dicit spiritus sanctus mundum arguere. nisi quia facit  
hos in quib⁹ habitat mundū arguere loquēs  
pos eoū. sicut potestas mittit bannū & exbā-  
nit & rebānit p̄ precones suos. & totū hoc po-  
testas facere perhibet. **G**arci. viii. Nō enim  
vos estis loquetes sed spiritus sanctus. **I**sa. i.  
**S**piritus domini sup̄ me eo q̄ vñxerit me  
euangelizare pau. mi. me. **N**otandū ergo  
q̄ quadruplici ratione dicitur spiritus sanctus  
arguere. **D** **P**rimo ad ostendendū q̄  
ille maxime se arguit qui spiritus sanctum re-  
cipit abundantius. **G**regorius super illo **J**ob.  
**N**unc oculus meus videt te. idcirco re-  
prehendo me. quāto quis maioris gratie lu-  
men recipit tanto magis se reprehensibile co-  
gnoscit. sicut puluis apparet in radio solis q̄  
non apparebat i. vmbra. **H**ecido ad ostē-  
dendum q̄ arguere non est alienū a benigni-  
tate & amore cuī spiritus sanctus qui est ipsa be-  
nignitas & amor dicatur arguere. **I**sa. x. **E**  
greditur virga. i. correctio & disciplina de ra-  
dice iesse. i. de incendio amoris. **V**esse nāq̄ in-  
terpretatur incendiu. **A**poca. iii. **E**go quos  
amo arguo & castigo. **T**ercio ad ostenden-  
dum q̄ mansuetudo spiritus sancti in arguen-  
do penitus est seruanda. **B**al. vi. **C**os q̄ spi-  
rituales estis huiusmodi instruite in spiritu le-  
nitatis. **S**en. **V**icia animi sicut vicia corpo-  
ris leniter tractanda sunt. quia generosus est  
animus hominis & facilis dicitur q̄s trabac.  
**Q**uarto quia spiritus sanctus talem facit  
hominem qui dignus & ydoneus est alios ar-  
guere & docere. **L**ria enim argutionē & disciplinā impediunt. s. reprehensibilitas igno-  
rantiā & timor. **H**ec autem omnia spiritus sanctus ad  
veniens remonet & depellit quia purgat. illu-  
minat. & corroborat mentem. **I**deo in specie  
ignis qui hec tria operatur super apostolos  
apparuit & venit. Nam ignis purgat rubigi-  
nem metallorum. illuminat tenebras. & coro-  
borat lateres q̄ autem reprehensibilitas im-  
pediat arguentem ostendit. **G**reg. dicens.  
**S**uperactas sordes tergere non valet ma-  
nus que lutum tenet. **M**athei. vii. **P**rocula  
ejce primo trabem de oculo tuo & tunc vide-  
bis ejcere vestucam de oculo fratris tui. **R**o-  
ma. ii. **Q**ui predicas non furandum furaris.  
**I**n quo enim alii iudicas te ipsum conden-  
nas. **D**e impedimento vero ignorantie dici-

tur **M**ath. xv. **S**i cecus ceco ducatum pre-  
bet. ambo in foueaz cadunt. **O**see. iii. **Q**ua-  
tu scientiā repu. re. te. ne sa. fun. mi. **O**fficium  
autem sacerdotis est arguere. **D**e impedimē-  
to autez timoris dicitur. **E**ccl. vii. **N**oli que-  
rere fieri velle iudex iūsibaleas virtute irrum-  
pere iniquitates ne forte extimescas faciē po-  
tentis. **S**piritus sanctus vero veniens super  
apostulos purgavit eos ex omni peccato. il-  
luminavit ab omni ignorantia. & corroborau-  
it & fortis fecit contra mortem & omnia tor-  
menta & per consequēs fecit ydoneos ad mu-  
ndum. id est mundanos arguendum. **D**e  
tribus autem apostoli & eorum sequaces ar-  
guerunt & arguunt mundum scilicet de pec-  
cato de iusticia & de iudicio. **D**e peccato qđ  
fecerunt & faciunt. quia non credunt in chri-  
stum. de iusticia quam non imitantur nec ha-  
bent & de iudicio quod neglexerunt & negli-  
gent. Arguet enim mundum spiritus sanctus  
de peccato scilicet infidelitatis. quia non cre-  
diderunt in me. quod per excellentiam dici-  
tur peccatum. sicut paulus per excellentiam  
dicitur apostolus. quia in ipso omnia pecca-  
ta continentur. & in eius contrario scilicet fide  
omnia dimittuntur. vt dicit **A**ugl. **L**uce. vii.  
**F**ides tua sal. te fecit vade in pace. Item ar-  
guet mundum de iusticia scilicet christi quaz  
fideles habent quā ipsi mundani nō sunt imi-  
tati que iustitia fuit in hoc. q̄ quia christus se  
summe humiliavit. summe exaltar̄ fuit. **P**bi.  
i. **H**umiliavit semetipsu. **E**t sequitur. Pro-  
pter qđ deus exaltauit illum. **I**sta est iustitia  
fidei. quā fideles habent de christo. quē non  
vident. **J**ob. xx. **B**eatū qui non videntur et  
crediderunt. **I**n qua fide omnes iusti vivunt.  
**R**oma. i. **J**ustus autem ex fide vivit. Et hoc  
ē quod dicit. **D**e iusticia quidem quia ad pa-  
trem vado & iam nō videbitis me scilicet mor-  
talem & infirmum. **J**ustum quidem fuit vt qz  
filius dei se summe humiliavit q̄ ad gloriam  
patris & ad immortalitatem transiret. **I**stam  
iustitiam fideles non solum de christo credit  
sed etiam de seipisis. quia si humiliauerunt se  
pro christo credunt cum ipso tanq̄ membra  
eius pariter exaltari. **Q**ui sicut dicit **A**ugl.  
**S**icut factum est in capite ita siet in mēbus.  
i. **T**hef. iii. **S**i enī credimus q̄ ihesus mor-  
tuus est & resurrexit. ita & deus eos qui dor-  
mierunt per ihesum adducet cum eo. **J**obā.  
vii. **G**olo vt vbi ego sum & illi sint meū. Et

2. Mai. 1. 1. 1. 1.

*Justi mort f. 2. 2.  
Justi stat*

# Berimo

## LIII.

quia fideles hanc iusticiam credunt. ideo ea<sup>z</sup> totis viribus amplexantur et eligunt hic affli-<sup>z</sup> gi et humiliari ut cum christo exaltetur ad pa-<sup>z</sup> trem pariter ascensiuri. **Corin.iii.1.** **Maledici-**  
mūr et benedicimus persecutionem patimur  
et sustinemus blasphemamur et obsecramus.  
tanqz purgamenta huius mundi factum?  
**I**stam iusticiam mundus nec credit nec ha-  
bet. ideo est merito arguendus. **T**em argu-  
et mundum de iudicio quod sm Aug. sic ex-  
ponitur. **C**hristus iudicavit in morte sua dy-  
abolum principem mundi et in inferno recli-  
sit. ut dicitur **A**pocal. xx. qui scilicet habita-  
bat in cordibus infidelium a quo captivi ne-  
recte cederent et bene agerent tenebantur.  
**S**ed cum ipse sit iudicatus et in inferno re-  
clusus non habent amplius excusationem quia  
qua ab eo captivi tenentur non possunt ve-  
re credere et bene agere. cum mares et femi-  
ne parvi et magni efficiantur martyres pro fi-  
de et nomine christi quicqz et bona opera ope-  
ratur. **E**t hoc est quod dicit. **D**e iudicio gu-  
tem. quia princeps huius mundi iam iudica-  
tus est. **D**e hoc ergo iudicio quod christus  
pro salute mundi fecit dum dyabolum iudi-  
cavit ut posset bene agere et recte credere. qd  
totus mundus non cognoscit nec de ipso cu-  
rat dum non satagit bene agere est merito  
arguendus. **E**ccl aliter arguet mundum de  
peccato scilicet quod commiserunt. quia non  
crediderunt in me. **In quo omne peccatum**  
contra deum commissum comprehenditur.  
quia omnis qui peccat in deum non credit in  
eum. **C**redere enim in deum est fidem quam  
protestatur bonis operibus ostendere. et in  
deum sperare et ipsum amare. **Yaco.ii.** **O**ste-  
das mihi fidem tuam ex operibus. **H**oc an-  
tem non facit mundus. **T**em arguet mun-  
dum de iusticia scilicet quam non seruauen-  
tunt. et hoc quantum ad proximum. quia nec  
iusticiam distribuivaz que consistit in remu-  
nerando dignos sm proportionem ac recop-  
pensando mercedem. nec iusticiam commu-  
tatiuam. que consistit in emptionibus et ven-  
ditionibus. nec iusticiam punitiuam que con-  
sistit in malorum punitione seruauerunt. **E**t  
quia iusticia et iniusticia sunt contraria imme-  
diata et cuiuscumqz unum non inest. alterum in-  
est. ideo sequitur quia ad proximum iniustici-  
am seruauerunt. et in hoc omne peccatum co-  
missum contra proximum continetur. **Quia**

cū adiusticiā ptineat vnicuiqz reddēqd sunz  
ē. et prixio debemz benivolētiā cordis et loqz  
onis et veritatē opertz. et solū bis tribū mōis  
peccatz pratra priximu. lequit quia quiciqz contra  
priximu peccatz non seruatz ei iusticia. **E**t qd finis  
stinet virtute ea quia sunt ad finē. et mors ē finis  
ois iniurie. et ois iniusticie. quia pratra priximu cō-  
mitti pott. io in morte xpriois ei*z* iniusticia cō-  
tinet. **E**t qd xps ē caput omnī iustorū. et qd  
de ipso dicit. de primo intelligitur. ideo po-  
nēdo exēpli de morte sua omnē priximi iniu-  
sticiā dat intelligi. **E**t hoc ē qd dic. Arguet  
mūdū de iusticia quā mibi et mēbris meis non  
seruauerūt. sup. iniusticiā. quia me et meos occi-  
derūt. **M**ath. xxiiij. **I**hrslm ihsrlm quia occidis p  
phetas et lapidas eos quia ad te missi sunt. **P**er  
quā mortē ego recedo de mūdo et ad patrem  
vado. et aph non videbitz me mortale. **I**te ar-  
guet mūdū de iudicio qd. sunon timuerūt. quia cū  
peccet quotidie pratra deū et priximu iudicium  
dei ventu:ū timere debuerūt. quia si dyabolus  
magister et princeps eoz ia iudicatz ē solū p  
vno cogitatu. multomagl ipsi. p multis sceleri-  
bi iudicabūt. quia si rex punit milite multomagl  
vasallū. **L**oc ē a maiori. quia si illo qd yr magl  
in esse. non iest. nec illud qd mino videtz su magl  
videtz parcendū cōmitti quia vas allo igitz zc. quia  
**P**et. ii. **S**i. n. de angelis peccatibz non peper-  
at su nudētibz inferni detractos iz tartanū tra-  
didit cruciādos iz iudicium reseruari zc. **E**rgo  
multomagis nobis peccatibz non dimittet. **S**ic  
go arguet mūdū de pecto qd cōmisserūt quia non  
crediderūt in me. de iusticia quā mibi et meis non  
seruauerūt. proprie quā mortuz suz et ad patres  
vado. et de iudicio qd non timuerūt qd timere  
debebat cū princeps eoz ia iudicatz sit. **P**  
**Q** **U**bi non quia mūdū arguēdz ē de triplici iu-  
dicio. **P**rimo de iudicio ad se non ptinenti qd  
sibi usurpat. **M**ath. vij. **N**olite indicare et non  
iudicabimini. **R**oma. xiiij. **T**u quis es quia iudi-  
cas seruū alienū. **S**ecundo de iudicio prixio  
de quia non curat. **J** Corin. xij. **S**i nos metipso  
diūdica. non vnicum iudi. **T**ercio de iudicio dei  
qd non timet. pratra quod **E**ccl. vij. **M**emora-  
re nouis. t. et in eternū non peccabis. **I**n eodem  
xxvij. **M**emor esto iudicii mei sic enī erit et  
tuū. **Q** **I**n fine nota quia mūdū est argu-  
endus de octo maximis sceleribus que sunt.  
quia expellit magistrū sapientie. occidit vitā  
aniīe. exiccat fontem misericordie. negat mi-  
nistru:ū prouidentie. non audit predicatorē

De orto arguendis ē mda

penitentie. extinguit lumē intelligētie contēnit bona glorie. et non timet penas gehenne.  
¶ Primo est arguendus. q̄ expellit magist̄ sapientie. Job. xij. Qui dixerūt deo. rece. a nobis. sci. vi. tu. no. Mundus docet scientiā suam que est terrena. animalis. dyabolica. vt dicuntur Iocobi. iij. nā docet lucra iniusta. deceptōes. sophisticatōes. cōtrouersias. gueras et huim̄modi. Hiere. vij. Omnis calūnia in medio eius. Hec scia expellit dei sapientiā que est omni virtute plena. nā docet iusticiā facere. nō decipere. p̄ximū. verū dicere. finem considerare. celū amare. deum timere et ab oī malo cauere. Job. xxviii. Timere dēū ipsa est sapientia et recedere a malo intelligētia. Itēz magister sapientie dicit. Transit mundus et cōcupiscentia eius. j. Job. ij. Mundus autē dicit. Hec requies mea in seculum seculi. hic habitabo quoniam elegi eam. Item magister sapiētie dicit. q̄ dimitte. delicie. et honores sūt notie. Proverbiorū. i. vsc̄ quo stulti ea que sibi sunt notoria cupient. Sed mundus dicit q̄ tria supradicta sunt optima. Psal. Beatus dicerunt populum cui hec sunt. Item magister sapientie dicit q̄ aduersa mundi sunt utilia quia erudiant et compellunt ad deum accedere. vt dicit Greg. mala que nos hic p̄munt ad deum ire cōpellunt. Boetius Plus hominibus reor aduersam q̄ prosperā p̄dēsse fortunam. Illa fallit. hec instruit. Itaq̄ illaz videas ventosam fluentē suiq̄ ignorā. Hac autem sobriam succinctam et ip̄fus aduersitatis exercitatione prudentez. Mundus hec verba deliramentū reputat. et hec patientem inimicum dei. et fortunatum existimat supra modum. Et breuiter de omnibus que sapiētia dei docet. mundus cōtrariuz dogmatizat. Hoc figuratum est in nube filiorum israel q̄ ipsis erat lucida et egyptijs tenebrosa. Sic ē in proposito. quia sapientia est seruis dei clara et impijs obumbriata. ¶ Secundo est arguendus. quia occidit vitā anime. q̄ est amor dei. Augustinus. Scio aia mea quia amor ē vita tua. i. Jo. iiiij. Qui non diligit manet in morte. Sed amor mundanus est venenum illius amoris et ipsum radicitus extirpat. qui est amor parentum. amor mundanorum bonorum. amor carnaliuz delectationū et amor consanguineorum. Omnes istos amores docet mundus et tenet. et plus diligit parētes q̄ deum plus mundana bona q̄ dei dona. plus

carnales delectationesq̄ virtuales operatio-nes. plus consanguineos q̄ sanctos. pl̄ mū-dum q̄ celum. plus gloriaz hominum q̄ dei Joh. xij. Dilixerunt gloriam hominum ma-gis q̄ dei. ¶ Tercio est arguendus. quia ex-iccat fontē misericordie. quia non remittit in-iurias. sed pro alapa reddit vulnus. p̄ vulne-re mortem expellit inimicos. et destruit bona eorum. Non parcit prostratis sed intermit persequendo. non miseretur pauperum et pu-pillorū sed decoriat eos iniustis exactiōib⁹ et usuris. Sapient. ij. Sit fortitudo nostra lex iusticie. circuueniamus iustum. ¶ Quarto ē arguendus. quia negat ministrum prouiden-tie. Ipse enim dei filius. pruidentia sua omnia dirigit et gubernat et omnibus prouidet fm̄ decentiam singulorum. Mathei. xj. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Sed mundus omnia dicit a casu et fortuna evenire eo q̄ bo-na eque. p̄ueniunt bonis et malis. et similiter mala et similiter lucra et victorie et cetera talia. In quorum persona dicitur. Job. xxij. Circa cardines celi perambulat nec nostra con-siderat. Et eccl's. ix. Vidi sub sole nec velocissime cursum. nec fortium bellum. nec sapientiū panem. nec doctorum diuitias nec artificium ḡrarium. sed tempus casumq̄ in omnibus ē. ¶ Quinto est arguendus. quia non audit p̄ dicatorem penitentie. Christus quotidie p̄dicat per predicatorēs suos dicens. Venite. agite appropinquabit enim regnum ce-lorum. Mathei. ij. Et nisi penitentiam ege-ritis omnes simul peribitis. Luce. xij. Sed mundus dicit. Letare iunenis in adolescētia tua. Eccl's. xj. Itēz Sap. ij. Fruamur bonis a iumentū celeriter et non sit pratum qđ nō pertranseat luxuria nostra quoniam hec est pars nostra et nō est agnitus qui sit renersus ab inferis. Sed hoc deberet eos magis terre-re scilicet si null⁹ vnc̄ rediij de inferno. quia signū est q̄ omnes deuorat. ¶ Sexto est ar-guendus quia intelligentie lumen extinguit. Nam deus vult nos hoc intelligere. et hoc p̄ scripturam suam docet q̄ omnis homo es li-ber et potest bene et male agere. Eccl's. xv. De-us ab initio constituit hominem et reliquit eī in manu consilij sui. Item apposuit tibi ignē et aquaz ad quodcūq̄ volueris porrigē ma-nū tuam. Et ante hominē vita et mores. bo-num et malum. et qui benefecerit saluabitur. qui vero male egent condemnabitur. Sed

## Berimo

## .LIII.

mandus dicit. qd omnia sunt predestinata et te necessitate eveniunt. et qd deus propter opa nostra in sententia no mutat. **P**umeri. xxij. **N**on est deus vt homo vt mentiatur nec vt filius hominis vt mutet. **A**nde quicunq snt pesciti quicquid agant de necessitate dñabuntur. **C**uius cōtrarij dicit. **H**iere. xvij. **S**ipenitentia egerit gens illa a malo suo qd locatus sum aduersus eam. agam et ego penitentia super malo quod cogitavi vt facerem. **E**xemplum de iniuritis. quibus per ionaz dominus dixerat. **A**dhuc. xl. dieb<sup>2</sup> et ni. subter. **Q**uorum penitentiaz dominus respexit et non sunt submersi. vt patet **I**one. iii. **S**ed mirum est valde quia vt dictum est supra mūdus dicit qd oīa casualiter eveniunt. et circa hec inferiora dei prouidētia no consistit. quomo do ergo omnia necessario eveniunt. **C**uius rō est. quia vni malum alteri malo cōtrariat. vt pdigalitas illiberalitati. **S**ed bonum nūq cōtrariatur bono. **E**t ideo bonorū vna ēsentia. sed sententia malorum est diversa. et vna cōtrariatur alteri. **P**rouer. xij. **I**nter sup bos semper iurgia sunt. **T**eptimo arguēdus est. quia cōtemnit bona glorie. **D**e nāqz promittit magnā gloriam corpori et anime fēdatū si homo caueat se a peccatis. **j. Cori. q.** **Q**uod oculus non vicit. nec auris audiret nec in cor hominis ascendit que prepa. deus his qui diligunt eum. **Luce. xxij.** **E**go dispo. vo. sicut dispo. m. pater meus regnū. vt eda. et bi. super men. me. in re. me. **S**ed mūdus hoc cōtemnit dicens. **L**ui bene est hic. etiaj bene ent in futuro. **S**cio quid babeo. sed nescio qd babebo. **P**sal. Pro nibilo habuerūt ter ram desiderabilem. **T**renoz. j. **O**mnes amici eius. s. mundi spreuerunt eam. s. gloriam celi. **O**ctauo est arguendus. quia non timet pe nas gehenne. **D**eus enim minatur peccatori bus magnas et tolerabiles penas. **I**saï. xxxij. **c.** **Q**uis poterit habitare ex vobis cuz ardoribus sempitermis. **P**salmita. Ignis grādo nit glacies spiritus. pcellaruz. pars calicis eo rum. **D**e his omnib<sup>2</sup> mūdus non curat. imo quod peius est omnia deridet. **T**renoz. j. **F**actis sum in derisum omni populo. **E**t ideo ē arguendus merito mūdus et forti verbere cor rigendus. **Q**uarto ponitur fm opus sine effectus spiritus sancti qui est apostolos in omnem veritatem inducere. **A**postoli enīz et grossitate intellectus et ex tristitia magna que

eos func temporis deprimebat no poterant capere altam veritatem de christo et de multis alijs necessarijs ad salutem. **E**t hoc est qd dicit. **A**dhuc multa habeo vobis dicere sed no potestis portare modo. id est non estis capaces ad ea intelligenda. sed spiritus sanctus adueniens faciet vos capaces omnis veritatis et plenos. amouendo scilicet duricam intellectus fugando tristiciam corporis. et despiciens sapientiam infundendo. quia omnis sapientia et verum a spiritu sancto est. **D**amasenus. **O**mne verum a quoqz dicatur a spiritu sancto est. **E**t hoc est quod dicitur. **C**ū re nerit ille spiritus veritatis docebit vos omnē veritatem scilicet vite et doctrine vie et patnie necessariam ad salutem. ita qd sit distributio p generibus singulorum et non pro singulis generū vt dicit victor. **Q**uia vt dicit Aug. non arbitror in quoqz hoc posse impleri in hac vita vt omni veritatē sciat cum apostolus dicat. nunc cognosco experte. i. imperfekte. et videmus nunc per speciem in enigmate **j. Corin. xij.** **S**ed spiritus sanctus omnem veritatem docet. quia et hic docet omnia necessaria ad salutem. iuxta illud. **j. Job. q.** **V**ictorio eius docebit vos de omnib<sup>2</sup>. **E**t in futuro ad cognitionem dei perducit. in q omnia cognoscuntur. **G**regorius. **Q**uid est quod nesciat qd vidente omnia videt. **D**ocebit ergo vos omnem veritatem fidei. scilicet de vnitate et trinitate dei et de incarnatione et vita christi et morte. et creatione et fine mundi. et angelis et animabus. de celo et mundo et inferno. de peccatis et virtutibus. de sacramentis ecclesie. **E**t breuiter omnem veritatem ad salutē vestrā vel aliorum necessariam vos docebit. **D**on autem docebit vos sophismata aristotelis. vel pbleumata euclidis. vel leges aurelianii. vel commenta auerrois. et cetera non expeditia ad salutem. vel aliter ea que sunt ad finem continentur virtute in fine. sapientia autem dei est finis omnis sapientie et scientie. **S**apientie sexto. **L**ogitare enīz de illa sensus est consummatus. **E**t omnes scientie serviantur et sicut famule domine. **P**rouerbiorū nono. **S**apientia edificavit sibi domum. excedit columnas septem. et misit ancillas suas ut vocarent ad arcem. **S**eptem columnae iste et ancille sunt scientie humane scilicet septem artes liberales quibus sapientia dei ad suum ministerium tanqz ancillis vtitur ut

III.

grammatica ad cōgrue loquendū. dialetica  
ad verū a falso discernendū. rhetorica ad pul-  
chre loquendū. et sic de alijs. Et ideo spiritus  
sanctus docendo apostolos dei sapientiā do-  
cuit eos omnē veritatez cuiuscūqz scientie. i.  
**C**orin.ii. Nō indicauī me scire aliud int̄ vos  
nisi xp̄m iesum. Et ne doctrina spiritussancti  
eset suspecta tanqz propria et singularis hoc  
remonet dices q̄ nō loquet' a semetipso sup̄.  
singulariter sine patre et filio. sed loquet' que  
cūqz audiet. s. in trinitate. cuius audiē se scire  
et esse. vt dicit Augl. Quia in trinitate di-  
vina sunt ydeee omnū rerū et ideo deus vidēdo  
et sciendo se videt et cognoscit omnia. vt dicit  
Augl. Cū ergo ī ore duoz vel triū stet omne  
verbū et quecūqz spiritussancti dicit pater et  
filius dicit ergo eius doctrina ē vera. Simili-  
mō xp̄s de se dicit. Jo.rii. Ego ex meipso nō  
sum locutus. Et q̄r spiritussanctus est verū  
dēns sicut pater et filius. id scit futura. vt de  
us. Et iō docuit eos futura mala et bona q̄  
sup̄ eos erant ventura. et q̄ gentes ad eorum  
predicationem auertende erāt. et q̄ cū gloria  
martirij ad deū redditurierant finaliter coro-  
nandi. Et hoc est quod dicit. Et que vētura  
sunt annūciabit vobis. Et sic patet quartus.  
**Q**uinto ponit tertium opus siue effectus spi-  
ritussancti. quod est xp̄m clarificare. Erat enī  
tūc t̄pis xp̄s valde obscurus in cordibus apo-  
stolorū et alioz. q̄ nec ipsum nec eius opa co-  
gnoscēbat. xp̄e qd̄ xp̄s ait petro Matth. xvij.  
Vade post me satanas. q̄r nō sapis ea que  
dei sunt. Hec ergo clarificatio in hoc fuit q̄  
spiritussanctus sup̄ oēs ap̄los veniens fecit  
eos cognoscere et credere et predicare q̄ xp̄s  
erat verus dēns et verus homo. p̄ salute hu-  
mana incarnatus et passus. quod ante nō co-  
gnoscēbat. Itē spiritussanctus clarificeuit xp̄z  
nō solū respectu ap̄lor̄. sed etiā respectu toti-  
us mūdi. in cōstū dedit apl̄is et etiam alijs san-  
ctis viris. tē faciēdū in noīe xp̄i miracula et po-  
testatē sup̄ oīa demonia et super oēm creatu-  
ram. ppter quod xp̄s in magna reuerētia vt  
verus dēns est habitus a toto mundo et ado-  
ratus et per cōsequēs clarificatus. Item cla-  
rificavit xp̄m qui in virtute nominis ei⁹ totū  
mūndū ydolatrie deditū ad fidē xp̄i auertit  
qd̄ solus dēns facere potuit. vt dicit Augl.  
Act.iii. Necqz enim nomē aliud est sub celo  
datū hominib⁹ in quo oporteat nos saluos  
sieri. Itē clarificavit xp̄m. q̄r homines per di-

uersa vicia et diversos errores dispersos. ad  
vnā fidem. vnū baptisma. et ad vnā xp̄ie eccl̄  
siam reduxit et edunauit. Job.x. Alias ones  
habeo que nō sunt ex hoc ouili. et illas ope-  
ret me adducere. vt f. v.o. 7.v.pa. **R** **Q** La-  
rissimi si volum⁹ scire si spiritussanctus habitet  
in nobis et operet nobiscū. clarificemus xp̄m  
vt apl̄i. q̄r hec clarificatio v̄c̄qz ad finē dura-  
bit. Et primo clarificemus eū p̄ verā fidem.  
que p̄ opa demōstret. q̄r vt dicit Iaco.ii. Fi-  
des sine operibus mortua est. Et iō clarifica-  
rinon pōt. **Q** Secūdo clarificemus eū p̄ i  
nomine ei⁹ miracula operemur. q̄t sic facim⁹.  
qñ in igne carnis cōcupiscentie nō submergimur.  
quādo demonia expelli⁹. nec ab eis supera-  
mur. et quādo creaturis omnib⁹ dominamur.  
Omnia ista magna miracula sunt et canōni-  
si i dei virtute possim⁹ opari. Eccl. xxxij. q̄s  
est hic et lau. eu. fe. e. mi. in vi. f. **Q** Tercio clari-  
ficem⁹ eū et peccatores diversis peccatorib⁹  
ydolis seruit̄. vt anar⁹ pecunie. et galosus  
vētri. et sic de alijs. in xtra illud ad Philip.ij.  
quor⁹ deus vēter est. p̄ predicamenta verbor̄  
et exempla bonor̄ oper̄ ad deū salubriter cō-  
uertamus. **I**a.v. Scire debet quoniā qui cō-  
uertifecerit peccatorē ab er. vi.f. sal. ani. eius  
a morte et opit mul. peccator. Quod ad dei  
gloriā spectat. Quia vt di. Augl. Nullū ma-  
ius sacrificiū placet deo q̄ salus animarum.  
**Q** Quarto clarificemus eū. vt in vnitate cor-  
diū et voluntati in vinculo pacis et dilectionis  
invicē habitem⁹. Eph.iiiij. Solicite seruite  
vnitacē sp̄us i vinculo pacis sicut vocati es̄t  
in una spe vocatiōis veltre. vnuſ domini⁹ una  
fides. vnum baptisma. Act.iii. Erat illis cor  
vnū et aīa vna in dono spiritus. Psal. Ecce.  
q̄s bonū et q̄s iocūdū habitare fratres i vnuſ.  
Et sic patet totum.

**D**e ep̄stola. **H**ermo. **lv.**

**M**ane datū op̄  
timū et omne donū perfectum  
desursum est z̄c. Iaco.j. In hac  
ep̄stola beatus iacobus inducit nos ad co-  
gnitionem bonorum et donorū que a deo re-  
cepimus. et per p̄sequens ad dei amorez nos  
allicit et iducit. quia ex quo optima queqz no-  
bis a deo donantur. ad deum diligendū ma-  
xime incitamus. quia munera et dona rece-  
pta incitatua et causatiua sunt dilectionis.

# Berimo

.LV.

Durus enim est animus qui et si nolit dilectio-  
ne impedit saltem nolit rependere. Nulla  
autem est maior in uitatio ad amandum ut dicit  
Bernardus. quod preuenire amando. Num ergo ostendit  
quod oia bona sunt a deo et ipse hominibus  
abundanter tribuit et non improoperat nos valde  
ad amorem eius accedit. Hoc ergo in hac  
epistola demonstrare intendit. In qua quidem  
epistola quatuor principaliter ostenduntur.  
Primum enim beatus iacobus ostendit quod oia  
bona a deo emanant. In principio epistole.  
Secundo ostendit quod hec bona deus gra-  
tis nobis donat ibi. Voluntarie enim genuit  
nos verbo veritatis. Tercio ex quo tot bona  
nobis donat eius doctrinam audire nobis man-  
dat ibi. Sit autem omnis homo velox ad audi-  
endum hoc. Quarto ad recipiendum cum effe-  
ctu eius verba similiter nobis operat ibi. Pro-  
pter quod abundantiam omnem immundiciam et  
abundantiam mali in mansuetudine suae insisteret.  
Primum ergo ostendit quod oia bona nobis a  
deo emanant. dicit. Omne datum optimum quantum  
ad virtutes et spiritus sancti dona. et omne do-  
num perfectum quantum ad bona glorie deservit  
est. Optima enim quod in vita ista haberi possunt  
sunt virtutes et spiritus sancti dona. Hoc bonum  
perfectum cui nihil deest quod deus gratis no-  
bis donat est vita eterna. Ro. vi. Gratia dei  
vita eterna. Tit. iii. Non ex operibus insisteret. quod  
scilicet sed bene in misericordia salutis fecit. Secun-  
dum datum optimum et donum perfectum a deo  
est. Et hoc potest tripliciter exponi. Primum  
quantum ad ipsas res in seipsis consideratas.  
Quedam enim sunt bona que habent soluzio-  
nem. ut corpora superiora et elementa et lapides  
illa sunt bona. Quedam habent vivere et sen-  
tire. ut animalia et ista sunt meliora. Quedam ha-  
bent esse vivere et intelligere. ut homo et ange-  
lus et ista sunt optima. quibus deus perfectum  
donavit. scilicet vitam beatam que deus  
est. Quia ut dicit philosophus. Perfectum  
est cui nihil deest. quod solum est vita beata.  
Perfecta autem in genere suo multa sunt. Hoc  
perfectum simpliciter et bonum non est nisi de  
us. Matth. x. Nemo bonus. i. perfectus nisi  
deus. Omnia ergo supradicta sunt a deo que  
omnia per se sunt bona. sed ad invenientem ordi-  
natam sunt optima. Et ideo de singulis dicitur  
in genesi. i. Videlicet deus operatus est. Et postea de oib  
bus simul dicitur. Videlicet deus cuncta que fe-  
cerat et erant valde bona. Et sic patet quod oia

sunt a deo. Secundo potest exponi quantum  
ad bona que hominibus a deo datur. Que-  
dam enim sunt bona ut bona fortune. scilicet di-  
uitie et dignitates. quedam sunt meliora ut bo-  
na nature. scilicet sanitas. fortitudo. ingenium. et si-  
milia. quedam optima ut virtutes et dona spi-  
ritus sancti. Hebrei. xiiij. Optimum est gratia sta-  
bilis cor. Sed glorie bonum est bonum perfectum  
ut dictum est supra. Omnia enim hec bona  
dant a deo hominibus. Psal. Omnia subie-  
sub pedibus eius hoc. Quia cum bona forti-  
tute ordinatur ad bona nature et bona nature  
ad bona gratia et bona gratia ad bona glorie  
et ea que sunt ad finem includuntur in fine. ideo in  
dato optimo et dono perfecto omnia bona in-  
telliguntur. Tercio potest exponi quantum ad  
ipsum deum gratis nos ad bonum perducentem.  
Nam quod deus nos creavit fuit bonum. sed quod  
nos redemit et in filios spiritus sancti gratia  
adoptauit fuit melius. sed quod nos in corpore  
et anima letificauit hoc est donum optimum et  
donum perfectum. Quia ut dicit Angelus. Ho-  
mo est creatus ut cognosceret deum per bo-  
num nature. et cognoscendo amaret per bo-  
num gratia. et amando possideret et frueretur  
per bonum glorie. Et qui donat aliquid do-  
nat omnia sine quibus illud haberi non potest  
ideo deus dando nobis datum optimum et do-  
num perfectum. id est omnia nobis bona  
donauit. Ro. viii. Quo etiam cum illo non oia  
nobis donauit. Omnia ergo bona sunt a deo  
patre. Recte ergo dicit. Omne datum op-  
timum et omne donum perfectum deservit  
est descendens. i. per gradus procedens. quia in  
collatione bonorum gradus servantur. ut di-  
ctum est. A patre lumen. Pater lumen  
est ipse deus. qui est pater luminis nature.  
Psal. Signatum est super nos lumen vultus  
tui domine. Item est pater luminis gratiae. quod  
sedentes in tenebris illuminant. Isai. lx. Sur-  
ge illuminare hierusalem quia venit lux tua  
hoc. Idem. ix. populus qui ambulanit in tene-  
bris videt lucem magnam. Item est pater lumi-  
nis glorie. Psal. In lumine tuo vide. lumen.  
Et ne credatur sicut est varietas in bonis crea-  
tis. ita sit varietas in deo patre omnium crea-  
tore. addidit apud quem non est transmutatio  
quod per idem manens oia operatur. Boetius.  
Immobilis stabilisque manens dans cuncta  
moueri. Malach. iii. Ego dominus et non mu-  
tor. Nec etiam apud deum est vicissitudinis

Vinter Poëtia bō et. loc.

obumbratio. vt. s. modo det bona modo mala. Mala enim obumbrant et in umbra fiunt et ad umbras inferni ducunt. Jo. iiiij. Omnis enim qui male agit odit lucem. Mathei. xxij. Ligat manibus et pedibus mitti. eni in tenebras extreiores. Deus genit obumbratur per malum. quod nec malum vult nec malum operatur. nec malum fert nisi malum pene. Amos. iiij. Non est malum in civitate quod dominus non fecerit. Et sic patet quod inter bona punitis vite nulla optima sunt nisi bona gratia. s. virtutes et bona spiritus sancti. Et quod totum mundum hic errat reputando bona nature et bona fortune optima bona. bona vero gratia pro nibilo habet. ¶ Proberemus hic quod bona gratia sunt optima bona. quod ut dicit quidam sapiens. Rationalis nature vera perfectio est una quaque rem tanti existimare quam habenda est. Seneca. Vixime necessarium est precia regis imponere. ¶ Quae autem virtutes et dona spiritualium sunt bona optima patet ex quatuor. ¶ Primo ex parte dantis quia a solo deo dantur. Aug. Virtus est bona qualitas mentis. quia deus nobis sine nobis infundit. Exemplum de papa. qui semper sibi magna reseruat. ut facere cardinales conuocare consilium. et si militer quidam alij domini faciunt. Excelleta ergo virtutum ex hoc patet. quod eas deus sibi soli reseruat ad eas huius largiendam. nec alicuius eas dare comisit. Ephe. iiij. Saluati estis per fidem. et hoc non ex vobis. dei enim donum est non ex operibus. Omnia vero alia bona deus creaturis commisit ut soli illuminare. lumen humectare. igni calefacere. terre fructus producere. et sic de aliis. Justificare autem impium quod fit per gratiam et virtutum infusionem solus deus facit. Isai. xluij. Ego sum qui teleo iniquitates tuas propter me. ¶ Secundo idem patet ex loco unde veniunt quia de celesti patria optimo loco. Optimus autem locus optima producit. De celo autem veniunt optima bona corporalia. ut lux. calor. motus. per que omnia producuntur. et conservantur in esse et vivunt. Cum igitur ut hic dicitur virtutes et dona de celo veniant. meliori loco mundi. ex loco optimo unde veniunt patet eorum perfectio. Exemplum de emptoribus qui interrogato de loco credunt statim bona esse que ibi nascuntur vel fiunt. Idem patet de nauiclienti de oriente et de ultramarinis partibus de qua presumitur quod optimus sit orissa. ¶ Tercio idem appetit ex parte personarum quod

bus dona et virtutes donantur. quia soli sanctis et filiis dei regis eterni dantur. Job. xiiij. Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. in quo et cum quo omnes virtutes et dona donantur. dabit inquit vobis qui es sis a deo in filios adoptati et ad regnum eternum electi. Iohann. xv. Ego vos elegi de mundo. Alia vero dona. dantur omnibus et malis et bonis. Mathei. v. Qui solem suum oculum facit super bonos et malos. Virtutes vero et dona solum preelectis ad vitam eternam dantur. Mathei. vij. Nolite sanctum dare canibus neque mit. margari. ve. ante por. Purpura super omnes pannos excedit. quia olim sole reges ipsi aindiu poterant et portare. ¶ Quarto idem patet ex parte scripture que mentiri non potest. Nam vetus et nouum testamentum et omnes sancti doctores persuadent et mandant ut virtutes super omnia amplectimur. et bona alia contemnamus. Mathei. vij. Querite primum regnum dei et iusticiam eius. Col. iij. Super omnia caritatem habete. Job. iiij. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Sex alias rationes adhuc idem require infra dominica. xvij. post festum trinitatis in sermone de epistola. et sic patet primum. ¶ Secundo ostendit quod omnia bona deus gratias nobis dedit et dat. Et hoc est quod dicit. Voluntarie enim. id est. gratis genuit nos filios adoptionis ut scilicet simus heredes bonorum eius. Quia ut dicitur ad Ro. vij. Hic autem filii et heredes. heredes quidem deo heredes autem Christi. iiij. Petri. i. Per quem maxima et preciosa nobis promissa donavit. Henuit ergo nos verbo veritatis in baptismo collatione. in quo accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. ut dicit Aug. cum dicit. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. In hoc ergo verbo veritatis salicit quod ipsa veritas instituit nos deus generat. Nam in baptismo quedam spiritualis generatio celebratur. Et ad hoc significandum super christum baptizatum venit verbum dei de celo dicens. Hic est filius meus dilectus. Mathei. iiij. Hec autem generatio necessaria est ad habendum bona dei. Jo. iiij. Oportet vos nasci de novo. Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare regnum dei. Titum. iiij. Nam misericordiam suam saluos nos fecit per Iacobum et Irenaeum. spiritus sancti. Item genuit nos verbo veritatis in

wōctrine et vite informatōe, quia multa dixit  
et fecit, in quibus tota vita nostra salubriter  
informatur. **M**ath. xj. **D**iscite a me quia mi-  
tis sum et humilis corde. **J**ohan. xiiij. **E**xem-  
plum em̄ tedi vobis ut quēadmodū ego feci  
vobis ita et vos faciat. **I**stis duobus modis  
dicitur aliquis pater sp̄nalis alicui? sc̄z in ba-  
ptismi collatione, et i doctrine et vite informa-  
tione. **C**or. iiiij. In xp̄o biesu per euangelium  
ego vos genui. **E**t idem **G**al. iiij. Filioli mei  
quos iterū parturio donec formetur christ⁹  
in vobis. **L**itum. **T**ito dilecto filio hm̄ com-  
munem fidem que sc̄z in baptismo infundit.  
gratia et par. **I**stis ergo duobus modis do-  
minus nos generauit ut essemus aliquod ini-  
tium creature dei. id est ut essemus iniciū gra-  
tie inter homines. Nam creatura dei et preci-  
pue homo est ad imaginē dei factus, ut pat̄z  
**G**ene. **P**ropterea dñs nos genuit xp̄o ve-  
ritatis in baptismo et doctrina ut simus iniciū  
creature eius. id est, ut simus primicie gra-  
tie sp̄nisci inter omnes homines mudi ad  
habendum dattum optimū et donū pfectum  
. bona gratie et glie dei. **A**pōstoli em̄ et eorū  
sequaces qui p̄ ap̄los sunt cōuersi, quibz tūc  
iacobi liquebat, fuerūt primicie xp̄i q; p̄io fi-  
tem et doctrinā xp̄i p̄ sp̄m sanctū receperunt.  
**R**o. viij. Nō sibi primicias sp̄n h̄ntes, glo-  
tempe et dignitate. **i**j. **T**hef. **i**j. **D**e bēm⁹ gra-  
tias agere deo q; nos elegit primicias in salu-  
tem in sanctificatōe sp̄n. **I**niciare aut̄ ponit  
p̄ dedicare et p̄secreare et renouare. **P**er hāc  
ergo genitūrā iniciat nos deus in creaturam  
nouam. i. in filios adoptiuos. **C**or. v. **S**i q;  
nōua creatura i xp̄o, vetera trāsierit, ergo in  
xp̄o biesu neq; circūcisio aliqua valz, neq; p̄-  
patium, sed noua creatura, ut dicit apl̄us ad  
**G**al. vij. **E**t dicit iniciū aliqd q; hic initiamur  
in parte pl̄gram dei, q; tantū in aima, sed i fu-  
turo iniciabimur in toto sc̄z p̄ gloriam anime  
et corporis. **y**sa. lxj. In terra sua duplicita possi-  
debunt. **E**t sic patet secundum. **T**ercio ex  
quo tot bona et talia nobis fecit, inducit nos  
ad eius precepta et doctrinam solicite audiē-  
dum. **d**i. **H**ic autē omnis homo velox ad au-  
diendum scilz precepta et doctrinam christi  
Inter ceteros ei sensus auditus magis dis-  
cipline deseruit, ut dicit ph̄us. **E**ccl. vi. **H**i di-  
lexeris audire sapiens eris. **P**rouer. **i**. **A**udiens  
sap̄ies sap̄ietior erit. **S**ed ad quid audiē-  
dam sit omnis homo velox. **A**d audiendum

vana et mala. **C**erte non. **E**ccl. xxvij. **S**epi-  
aures tu. sp̄i. et noli. au. ling. nequā. **Q**uia vt  
dicitur. **J**orinth. xv. **C**orruptum em̄ bo-  
nos mores colloquia prama. **S**z sit velox ad  
audiendum verbum dei doctrinam sanam et  
utilem. **G**regorius. **N**ullum adeo evidēs pre-  
destinationis signum est ut libent' audiēre ver-  
bum dei. **L**uce. xj. **B**eatī qui audiūt verbum  
dei et custodiunt illud. **S**ed non sic est de lo-  
quela sicut de auditu, quia debet esse omnis  
homo tardus ad loquendū, quia i multilo-  
quio peccatum non deerit. **P**rouer. x. **H**anc  
autē tarditatē ostendit natura in eo q; de-  
dit homini om̄es sensus geminatos, ut duas  
aures, duas oculos, et sic de alijs, sed solum  
vnam linguā, et hanc conclusit duplici muro  
sc̄z labijs et dentibz. **P**ropterea petebat pro  
pheta dicēs. **P**one dñe custodiā ori meo, et  
ostī. circū. la. me. **U** **Q** **U**bi nota, q; q̄tuor  
in locutione obseruare debemus. **P**rimo vt  
raro et parum loquamur. **E**ccl. xix. **E**st tacēs  
et ipē est prudēs. **E**t infra. xx. **Q**ui aut̄ pcax  
est ad loquendū odibilis erit. **S**eneca. **L**ar-  
diloquū esse inubeo et p̄pe erit tibi dēns. **S**e-  
cūdo vt horā apti t̄pis obseruem⁹. **E**ccl. xx.  
**E**st tacēns non habens sensū loquele, et est  
tacēns sciens tempus apti tēporis. **P**rouer.  
xxv. **V**ala aurea in lectis argenteis qui loq̄  
verbū in tempe suo. **E**ccl. xx. **E**x ore fatui  
reprobabilis parabola, non em̄ dicit illam intē  
pore suo. **T**ercio vt dñ loquimur, bona et uti-  
lia loquamur, **i**. **D**e. **i**j. **S**i quis loquit̄ quasi  
sermones dei, ylaic. xlvi. **E**go dominus deus  
tuus docens te utilia. **Q**uarto vt vere et nō  
fictē et adulatore loquamur. **P**rouer. vij.  
**V**eritatem meditabitur guttur meum et la-  
bia mea detestabuntur impium. **I**n codem.  
xxix. **Q**ui blandis fictisq; sermonibus loqui-  
tur amico suo rethe expandit gressibus eius.  
**y**sa. **i**j. **P**opule meus qui beatum te dicunt,  
ipsi te decipiunt. **G**regorius super illo verbo  
**L**uce. ix. **S**ine mortuos sepelire mortuos su-  
os. **L**unc mortui mortuos sepelivint, quādo  
peccatores fauoribus peccatores premunt.  
**S**imiliter sicut homo tardus deb̄z esse ad lo-  
quendū, ita tardus debet esse ad iram, netā  
defaciē irascatur, immo nunq; si possibile est  
nisi sit ira per zelum, ut quando irascimur ma-  
lis et peccatis hominum et non hominibus,  
**P**sal. **I**rascimini et nolite peccare. **A**ugusti-  
nus. **S**ic diligendi sunt homines: ut non di-

*loc̄ sua in locutio*

Z

ligantur eorum errores sed odiantur. Aliud  
est enīz odiſſe quod faciunt. et aliud odiſſe qd  
facti sūt. **Sic** irascitur pater filio. **Sic** iratus  
est phinees contra sambri et scortum madia-  
nitē. quando intravit lukanar et arrepto pu-  
gione perfodit ambos i locis genitalib. **Pu-**  
**meri.** xxv. **Sic** christus pertalem zelum irat-  
ē. quāto facto flagello de tuniculis eiecit emē-  
tes et vendentes de templo. **Johan.** ii. **Ante**  
ibi sequitur qd discipuli recordati sunt qz scri-  
ptum est. **Zelus** domus tue comedit me. **Et**  
quare irasci non debemus assignat rationem  
dicens. **Ira** enim viri iusticiam dei non ope-  
ratur. **Ira** viri dicitur qua irascimur homib.  
sine deo siue dyabolo siue nobis metipis. **La-**  
**lis** ira est vnu de septē capitalib vicijs. et po-  
test esse mortale vel veniale peccatum. **Nā** si  
ira est lenis vel puerit iudicium rationis et ci-  
to transit peccatum veniale est. **Si** em̄ sit for-  
tis ira et a ratione deliberata et permanet. et  
est contra proximum eius. mortale peccatum  
est. et ideo iusticiam dei non operatur sed iuu-  
sticiam. **Sed** ira per zelum meretur. **Nā** phine-  
es per zelum ipius ire meruit sacerdotium  
sempiternum et placauit iram dei. vt p̄z ibidē  
**Et** sic patet tertiu. **Quarto** inducit nos  
ad dei verbum et doctrinam cum effectu reci-  
piendum dicens. **Dropter** quod abiſſentes  
omnem immundiciam et abundantiam mali-  
cie. **Et** quia verbum dei est totum sanctum et  
purum. ideo oportet nos esse mundos ad au-  
diendum ipsum et recipiendum. quia vt dici-  
tur **Sap.** i. **Nō** ha. i cor. sub peccatis. **Hiere.**  
iii. **Donate** vobis nouale et nolite serere in  
spinas. **Et** ideo oportet nos omnem immun-  
diciam deponere qzum ad peccata carnalia  
et abundantē maliciā qzum ad peccata spūalia qz  
peccata carnalia magis et immunda qz spūalia. **S**  
spūalia maioris ponderis extant. **Vel** omniē  
immundiciam dicit qzum ad peccata propria  
que immundā faciunt animam et deformem  
abundantiā aut malicie dicit qzum ad pecca-  
ta que cōtra deū et proximū directe cōmittū  
**Lunc** em̄ malicia abundamus quando eam  
qz ad proximum extendimus. vel in deū  
directe peccamus. **Sic** ergo mundati a pec-  
catis in mansuetudine et tranquillitate men-  
tis debemus insitum verbum recipere. id est.  
christum qui est insitum verbum humane na-  
ture. sicut surculus preelectus trūco siluestri.  
**Johā.** i. **Verbum** caro factum est et habita-

bit in nobis. **Qui** trūcus ante amaros fru-  
ctus ferebat. **Nā** ante qz verbum dei huma-  
ne nature insereretur. non pducebat fructū  
dignos penitentie. sed per insertōem transla-  
ta est i deū sicut transfertur trūcus i naturā  
surculi. et fecit fructus dulcissimos in vita ēter-  
nam ducētes. **Jobā.** xij. **Ego** si exaltatus fue-  
ro a terra omnia traham ad meipsum. i. **Jo-**  
**bannis.** iii. **Nō** scimus quoniam translati su-  
mus de morte ad vitam. **Hoc** ergo verbum  
sic insitum et vnitum nobis. debemus denote  
per fidem et amorem suscipere interus i cor-  
de et exterius in corpore. vt referamus fructū  
ei conuenientes sicut in eum translati sumus.  
**Vel** suscipite insitum verbum. id est. verbu[m]  
euageliū predicatum vobis a nobis de insito  
verbo dei. id est. de verbo dei incarnato. quod  
verbum est insitum cordi nostro sicut ramus  
trunko qui connuertit trūcum in naturam sui  
**Sicut** enīz trūcus ante qz inseratur ei ramus  
facit fructus asperos et amaros aptos solum  
porcis. sic homo ante qz recipiat verbum dei  
in corde. facit opera aspera soluz demonibus  
apta. sed postqz verbū dei insertum fuerit mé-  
ti eius per amorem et fidem facit fructus. di-  
gnos penitentie. et est arbor dei in medio pa-  
radisi afferens fructus duodecim. id est. duo  
decim opera misericordie. vt dicitur **Apocal.**  
xxii. **Debet** ergo verbum dei esse insitum cor-  
di nro vt ramus veteris cōversationis absi-  
datur a trunko cordis. et nouus inseratur qui  
renouetur de die in diem. **Ro.** xi. **Tu** autem  
cum oleaster esles insertus es in bonam olivā  
id est in bonam gratiam et misericordiā. **Ver-**  
**bum** ergo dei pure et devote acceptum po-  
test cum effectu animas nostras saluare. quia  
ipsas quotidie saluat et ab omni morte liberat  
**Jobā.** viii. **Si** quis sermonem meum ser-  
uauerit mortem non gustabit in eternū. **Act.**  
xiiij. **Jobā** qui ti. de. verbum salutis missum  
est. **Dicit** autem potest. ne libertas arbitrij  
excludatur. quia non saluat nisi volentes. **Et**  
ideo verbum dei potest nos saluare sici con-  
sentimus. als penitus non saluat. **Hebreos.**  
v. **Factus** est omnibus operantibus sibi cau-  
sa salutis eterne. **Et** si paleat quartum.

## Bermon

Dominica quarta de euangelio.  
Bermon. lvi.

**E**n vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Joh. xvij. qd xpc in qntu3 homo est aduocat3 homin3 apud patrem in curia celi est. vt dicit. i. Joban. ii. Aduocatu3 habem3 apud patrem hiesu xpim isti. Qui qn hec verba dixit post cenam i die ionis statim et in breui erat ab aplis recessur3 et ad cunam patris iturus. Ideo i verbis pmissis docet xpc apostolos et inducit ad petendum et formandum petitones suas ad patrem. Petite inquietes. Que parvula est tempis in statis. Quia huius representator3 ecclesie a duocat3 et frater noster xpc. in breui est iturus ad celum ubi facta nostra examinant et indicant et vnde nobis omnia bona prouenient. Iaco. i. Omne datum optimu3 et omne donu3 pfectu3 tesurum est. Et ideo christus in verbis pmissis in plena apostoloru3 nos hortat et docet petitio3 nostras formare. qd ipse eas e patri fideliter porrecturus. ac etia3 affectui madaturus. vñ ait. Amen ame dico vobis zc. petite et accipi etis. In quibus verbis quatuor continens. Domo dina largitas demostrat3 et nostra negligētia redarguit. qd innitat nos a petendu3 et oia dare. pmittit. In principio euāgeli. Secundo tempus claritatis et obscuritas circa chrisi opa insinuat. ibi. Hec in puerbiis locutus sum vobis. venit hora cu iam nō in puer. lo. vo. Tercio magna virtus pfecte oīonis intuietur. ibi. Et nunc dico vobis qd ego patrem rogaro te vobis. Quarto apostoloru3 intelligētia fuisse erecta ad xp3 declarat ibi. Ecce nūc palam lo. et puer. nūl. di. nūc cog. qd scis omnia. Ego ergo dīmīa largitas demostriatur que patet qstū ad qtuor. Ego qd iurat omnia petita largiri. ut peterem nō debemus dubitare. Amē amen inquit. qui ē modū iurādi in nouo testamēto. In veteri testamēto iurabat deus p seipm. Bene. xxij. Per me metipm iurāni dicit dominus. Gal. vj. Abra be nanc3 promittens deus cum non haberet maiorem per quem iuraret per semetipsu3 iuravit. Secundo quia docet vnam rem in qd et hū quā omnia bona nobis donant. scz nomine hiesu xp3 vt faciliter impetremus. Si qd inquit petieritis patrem i nomine meo zc. Ps. In nomine dei nostri invocabimus. Actu. iii.

## .LVI.

quia p̄ misericordiam impetus peccatorū re frenatur. **E**ccl. iij. Ignem ardente extinguit aqua et elemosina resistit peccatis. **Q**uintum est quia misericordia a peccato liberat. **T**ho. iiiij. Elemosina a morte et ab omni peccato liberat. **E**xemplū de cornelio cui dictuz est Actu. x. **D**ratōes tue et elemosine tue ascēderunt in memoriam in conspectu dei. **E**t missus est petr ad eum. vt eum absolveret a peccatis. **Q**uartū est quia misericordia non solum a peccatis sed etiam a pena peccatorum absoluit. **D**anielis quarto. **P**eccata tua elemosinis redime. hic cadit exemplum de isto qz in morte dimisit equum cognato suo vt precium eius daret pro anima sua et non fecit. **L**ui iste mortuus apparuit dicens. Si misisses mihi elemosinam de equo meo citius fuissim liberatus a pena. **N**unc autem ad te unvado et te cito ante eum vt mibi respondeas de eq. **Q**ui statim mortuus est zc. **Q**uartū est quia misericordia nō derelinquit hominē in morte cum omnia alia derelinquunt. **A**mbro. Non sunt bona homis que secum portare n̄ potest. sola misericordia comes est defunctorum. **O**ctauum est quia in iudicio finali salvabit hominem. **M**ath. xxv. **V**enite benedicti patris mei precipite paratum vobis regnum a constitutōne mūndi. **E**surui enim et dedistis mibi man. zc. **A**nde ibi fiet solū disceptatio de opibus misericordie. **Q**uartū est qz misericordia distribuit mansiones in regno celorum. **E**ccl. xvij. Omnis misericordia faciet locū vnicuiqz huius meriti operū suoz. **E**t breuiter misericordia ad omnia valet et hic et in futuro. **j.** **T**bi. iiiij. **P**ictas ad omnia utilis est p̄missionem habens vite que nūc est et future. **E**t nota qz nihil est miserius anima peccatoris. qz ipa est vidua derelicta et pauperissima. **E**st ei separata a sposo suo xpo. a patre suo deo. a matre sua ecclesia. a fratribz suis agelis et sanctis. **T**renorum. j. **O**mnes amici eius spirent eam. **E**st etiam expoliata omnibus boīs. **M**athei. xij. Ab eo autem qui non habet et quod habet auferet ab eo. **E**t ideo nulla misericordia estita magna et tam grata deo qz qz homo misereatur anime sue. **E**ccl. xxx. Misere anime tue placens deo. **P**ronuerbio. x. **B**enefacit anime sue vir misericors. **E**t similiter nihil est miserius impio non miserante se ipsum. vt dicit Aug. et Eccl. xij. Qui sibi ne quā est cui bonus erit. **Q**uartū religio

## Sermo

xpiana consistit in custodiendo se immaculatum a peccatis seculi, que sunt tria. i. Jobā. q. Omne qđ est in mundo aut est cōcupiscētia carnis aut concupiscētia oculorum aut superbia vite. Ad hec tria omne peccatū reducitur. Ista peccata maculant aīam turpiter immo efficiunt eā leprosam ita vt nisi a solo dō mū dari possit. ysa. xlviij. Ego sum qui teleo iniqūates tuas propter me. Abi hora qđ duo sūt modi immaculatum se custodiēdi ab his peccatis. Unus est et magis tutus de mūndo extre. id est. de loco vbi mūndani habitant. Apoc. xvij. Exite de medio eius popule meus ne p̄ticipes sitis delictoz eius. qđ vt dicit. i. Jo. v. Lotus mū. i ma. po. est. Hiere. vi. Hec est ciuitas visitatōis omnis calumnia in medio eius. Et ideo impossibile est cum mūndanis cōversari. et nō inquinari. Grego. Impossibile ē q̄ lingua secularum mentem nō inquiet quāz tangit. Sene. Quotiens inter homines fui mūnus redij. Unde arsenius audiuit vocē dicētem sibi. Arseni fuge homines et saluaberis. Alius modus est non immisceri actibus mundi. Quia vt dicit Eccl. xij. Qui tetigerit pīcem coinquinabit ab ea. ii. Cor. x. In carne ei ambulantes non sūm carnem militamus. Et sic patet tertium et cōsequēter totum.

In ascensione domini de epistola.  
Sermo. q. lvij.

**A** Scendens in al-  
tum captiuam duxit captivitatem  
dedit dona hominibz. Ephe. iiiij.  
Festinitas hodierna sūm Berni. est felix clau-  
sura et totius itinerarij filij dei consummatio  
gloriosa. Math. xvij. Et dñs quidem hiesus  
postqz locutus est eis assumptus est in celum  
et se. ad dñx. dei. i. requiescit in gloria dei. qđ p̄  
dexterā significat. qđ in qntū dñs sedet i equili-  
tate patris. in qntū hō manet in potioribz  
bonis patris. Si quidem dei filius. ppter nrāz  
salutem quatuor itinera p̄geit. Dñ Primi  
nū fuit de celo in terram veniendo. qđ carnē  
assumpsit de virgine gloriosa. Jobā. xvij. Exi-  
ti a patre et veni in mundum. Secundū fuit  
de mundo ad inferos descendendo. quando  
sedentes in tenebris visitavit. Eccl. xxij. De-  
ntrabo omnes inferiores partes terre. et inspi-  
ciam omnes dormientes. Tercium fuit de in-  
ferno ad mundalem machinā redeundo. quā-

## LVIII.

ad contractis inferis cuz preda magna a mo-  
tuis resurrexit. Col. ii. expolians principatus  
et potestates traduxit cōfidenter. palā trinum  
phans eos in semetipō. Quartū fuit de mun-  
do ad celum ascēdendo. qđ vt hodierna die  
videntibus discipulis est sup̄ omnia elevatus  
Actuū. j. Videntibz illis elevatus est et nu. si-  
scē. eum ab ocul. eoꝝ. Primum iter fuit penosū.  
quia nature humane penalitates assumpsit.  
ysaqe. litij. Vere languores nostros ipse tu. et  
dō. no. ipse porta. Secundum fuit victorio-  
sum. quia portas inferi fregit. vbi et ligavit in-  
satiablem homicidam et spolia eius diripuit  
vt dicit Berni. Luc. xj. Cum for. ar. cu. atri. sit  
um in pa. sūt om. que pos. zc. Augustin⁹. Ma-  
nu inermi et affixa cruci debellavit aereas po-  
testates. Tercium fuit gloriosum. quia glorio-  
sus et immortalis in anima et corpore resurre-  
xit. Ro. vj. Christus resurrexit ex mortuis iaz  
nō moritur mōris illuvtra nō dñabitur. Quar-  
tum fuit gaudiosum quia cuz magno gadio  
angelorum remeauit ad celos. Psal. Ascen-  
dit deus in iubilatione et dñs in voce tube.  
De isto quarto itinere sc̄ de ascensione ad ce-  
los est sermo habendum ad p̄sens. qđ in p̄mis-  
sis verbis describitur trib⁹ modis. Et primo  
describitur virtuosa. ibi. Ascen. in altū. Secū-  
do describitur fructuosa. ibi. Captiuaz duxit  
captiuitatem. Tercio describitur gratōsa. ibi  
Dedit dō. bo. Ex quibz tribus eliciuntur alia  
tria horū cōsecutiua. Nam qđ virtuosa ideo  
admirabilis. qđ fructuosa idō imitabilis. quia  
nō gratiola ideo venerabilis. Est ergo ascen-  
sio saluatoris virtuosa fructuosa et gratiosa.  
Admirabilis imitabilis et venerabilis. Dñ  
Primum inquā ascensio saluatoris est mirabilis  
virtuosa. vt virtus hic pro potentia activa si-  
matur. et hoc patet ex quinqz sc̄ ex distantia  
quam ascendit. ex personis quas secum traxit  
ex impedimento qđ removit. ex loco vnde ex-  
traxit et ex duratione qua semper trahit.  
¶ Primo virtus istius ascensionis ostenditur  
ex distantia quam ascendit. quia sūm philoso-  
phum omnis ascensus et motus est ab aliqua  
virtute mouente et tanto ascenditur veloci-  
qnto virtus est maior. Exemplū in vaporibz  
virtute solari eleuatis. et in sagitta virtute ar-  
cus ascendēte. Christus aut̄ p̄pria virtute qua-  
si in momēto ascēdit de terra usq; ad celū em-  
pireum infra quod p̄ter machinā elemētarez  
sunt nouē celi. sc̄ celū crystallinū. celū syderū.

celum saturni. celum iouis. celum martis. celum  
solis. celum venoris. celum mercurij. et celum  
lune. **E**t dicit ra. moyses q[uod] q[ui]dlibet celum septem  
planetarum habet grossiciem quingentorum anno-  
rum. i. si aliquis homo iret in sursum omni die  
xl. miliaria p[ro]transiret grossiciem vni[us] celi in qui  
gentis annis et inter celum et celum est spaci-  
um similiter quingentorum annoz. vt dicit id est  
ita q[uod] usq[ue] ad celum empireum eundo omni die  
in sursum. xl. miliaria vir pueniret in octo mi-  
libus annoz. **E**t non videatur hoc absurdus. q[uod]  
hoc est verisimile et rationabile. Verisimile  
videtur q[uod] vt dicunt astrologi. quelibet stella  
est maior tota terra et tamen videtur p[ro]ua ut q[uod]  
dam speculii. Item sol qui est longe inferior  
q[uod] sidera est centum lxx. vicibus maior q[uod] tota ter-  
ra et tam[en] videtur ita p[ro]uus q[uod] attestat maxi-  
mam distantiam esse celi a terra. **H**oc etiam  
videtur rationabile. q[uod] sibi suam p[ro]portioem lo-  
catorum adiuvicem est p[ro]portio loci ad locum. s[ed]  
bona glorie. que sunt in celo empireo. quia ibi  
gloria dei manifestat excedit in infinitum bona  
que sunt in mundo. ergo locus ille debet exce-  
dere istum in omni bonitate loci q[uod] in infini-  
tum. **S**ed una de bonitatibus loci est ut dicit  
ph[ilo]bus. q[uod] sit altus. q[uod] iuxta terram sunt multe  
corruptiones et infectiones et plus in paludi-  
bus q[uod] in montibus. **Q**uia ergo invisibilis dei  
p[ro]p[ter]ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. **R**o.  
i. voluit deus p[ro] immensam altitudinem loci on-  
dere immensitatem boni q[uod] est ibi. **C**hristus  
autem in uno mometo. p[ro]pria virtute super omnes  
celos ascedit et puenit ad magnum celum san-  
cte trinitatis. et hoc in quantum hominem. q[uod] in quantum  
deus fuit semper in illo magno celo. **J**ohan. iii.  
**N**emo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. **E**p[istola]be. iii.  
**Q**ui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos.  
**E**t sic ascensio saluatoris ostenditur fuisse magne  
potentie et virtutis et velocissimo transitu. **¶** **S**ed  
cum hoc id est apparent magis evidenter ex p[ro]p[ter]o-  
nis q[uod] secundum traxit. q[uod] omnes ait qui ascenderunt in ce-  
lum vel que usq[ue] ad finem mundi ascendebant. i. vir-  
tute huius ascensionis ascendunt. q[uod] sicut dicit apostolus.  
i. Cor. xv. **S**i Christus resurrexit et nos resurgent  
Ita si Christus ascenderit et nos ascenderemus. et in somma-  
gis. q[uod] difficulter est resurgere q[uod] ascenderemus. q[uod] re-  
surgere est super totam naturam. **I**o. xiiij. **S**ic ego  
exaltatus fuero a terra omnia traham ad meip[s]e.  
**E**xempli. cuspis ferrea ponit in cauda sagitte. p[ro]pter magnam potentiam arcus. et quanto ma-

ior est virtus arcus. tanto maior ponit cuspis.  
**S**ic Christus ponens multas animas in ascen-  
su suo magnam virtutem ostendit propter quod  
petebat sponsa. **L**ant. i. **T**rahe me post te cur.  
in odo. vñ. tu. **¶** **T**ercio idem patet si consideremus impedientia tractus scilicet peccata totius  
mundi. nam quodlibet peccatum mortale gra-  
uius est tota terra. quia si tota terra esset ubi  
erat lucifer. in magno tempore non descendere-  
ret. quo descendit lucifer in momento proprie-  
tatis peccatum. et quare certe propter gra-  
uitatem peccati. **S**ed omnia peccata non po-  
tuerunt impedire istum ascensum quin huic  
natura ad celum ascenderet. non q[uod] pecca-  
ta ascenderent. sed peccata remouit. ut homi-  
nes ascenderemus possent. **S**i ergo volumus vir-  
tute istius ascensionis ascendere permittamus  
q[uod] Christus peccatum a nobis amoueat ac etiam  
nos deponamus. **H**ebre. xij. **P**ropter quod  
deponentes omne pondus et circumstantias nos  
peccatum. per patientiam curramus ad pro-  
positum nobis certamen. **¶** **Q**uarto id est pa-  
tet si consideremus unde Christus extraxit ani-  
mas ad secundum ascendum. quia de manu  
demonum principum potentissimorum. quo-  
rum potentia omnem potestatem superat. ut  
dicitur Job. xlj. Osee. xij. Ego mors tua o  
mors. mors tuus es. **¶** **Q**uito idem prout et  
continuitate q[uod] quanto maior est virtus tanto ma-  
gis durat ascensus et motus. ut p[ro]p[ter] in sagitta.  
**S**ed virtus istius ascensus durabit usq[ue] ad finem  
mundi. donec non solum animas. sed etiam corpo-  
ra sanctorum omnium ascenderemus faciat. et in infinitum  
duraret si mundus non esset deficeret. **¶** **L**arissimi  
si nondum trahimur oremus ut trahamur. ut  
dicit Augustinus. **E**t sic p[ro]p[ter] ascensio Christi fuit magne  
potentie et virtutis. et ideo admirabilis. Admi-  
ramur enim hoies magne potentie et virtutis ut  
samsonem salo. et sic de ceteris. **E**t ideo cantat  
ecclesia. Stant suspesi vultibus. De ascensione  
etiam angelici admirati sunt dicentes. Ilsa. lxij.  
**Q**uis est ille qui venit de ed. gra. in mul. p[ro]p[ter] suu.  
Et sic p[ro]p[ter] primu. **¶** **S**ecundo ascensio Christi describitur fructuosa. quia captiuam duxit captiu-  
itate. **A**bi nota quinq[ue] fructus ascensionis  
Christi. **¶** **P**rimus est rediitio captiuorum in ci-  
uitatem suam. Dentro. iij. Reducet te dominus  
de te. de capitulo. **Zach.** ix. **T**u autem in san-  
guine testamenti tui emi. viii. t. de lacu in quo  
est aqua. **H**ic cadit exemplus paulini episcopi  
Pinolani qui tradidit seipsum seruum pro filio

# **H**ermo

## **LVIII.**

vidue vadens in africam. et inde reduxit omnes captiuos ciuitatis et terre sue. **S**ic fecit christus. **J**ohannis. xiiij. **S**i ego iteru abiero venio et assuumam vos ad meipsum. ut vbi ego sum et vos sitis. **T**ecundus est ostensione et apertio celi. **D**ich. ij. Ascendit parvus iter ante eos. **H**ebre. iiij. **H**abentes posse magnum qui penetravit celos bieluz filium dei. **S**iquidem ante ianuam paradisi fuerat prohibita romphea collocata. quaz nullus unquam potuit amouere nisi qui habet clavem dauid qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit. **A**poc. iiij. **T**ercius est restauratio ruine angelorum. Nam draco ille magnus et serpens antiquus terram partem stellarum traxit secum ad terram cauda sua ut patet. **A**poc. xij. Et sic fuit facta magna ruinai quolibet ordine angelorum quod de quolibet ceciderunt. Anime autem non faciunt ordinem de se in vita eterna quem fecissent si angelinon cecidissent. sed ad sedes angelorum qui ceciderunt assumuntur. quibus completis finietur mundus ut aliqui dicunt. **G**uis gregorius aliter dicat. Dicit enim quod illa cimitas supererna ex hominibus et angelis constat. ad quam credimus tantum genus humum ascendere quot angelos illuc contigit remansisse. Sed hoc a modernis non tenetur. **M**agis quod tot ascendunt quot angeli descendunt. quorum mansiones reseruantur hominibus. ut ab eis repleantur. quia non patitur vacuum ut dicit philosophus. **J**ob. xij. In domo patrii mei mansiones multe sunt. **P**os. **J**udicabit in nationibus im. rui. **Z**c. **T**Quaratus est missio spiritus sancti qui nos inflammat et faceret spiritualiter vivere. **J**ohannis. vij. Expedit vobis ut ego vadam. si enim non abierto paraclitus non veniet ad vos. si autem abierto mittam eum ad vos. **Q**uitus est meritum fidei quia magis meremur non videnti ipsum si in ipsum credimus quod si ipsum videtur. **G**regorius. Fides non habet meritum vbi humana ratio prebet experimentum et multominus cui sensus attestatur. **J**ohannis. xx. Beati qui non viderunt et crediderunt. Et sic patet quomodo ascensio christi multipliciter fuit fructuosa. et ideo imitabilis. Debemus enim christum ascendentem imitari in quicquid supradictis. **P**rimo ut captiuam animam nostram. que sub peccato venundata fuit ab eo in primis parentibus et de paradio

expulsa. per gratiam christi ad patriam redit camus. et deo qui illam fecit reddam. **M**at. xij. Reddite ergo que sunt dei deo. **Q**uidam nec reducunt ipsi animam suam. et alios reducere volentes impediunt. **E**t isti faciunt sicut athalia que videt filium suum mortuum. omne semen regium interfecit. **iij.** **R**eg. xi. **I**stez faciunt sicut massarius malus qui non solum non solvit debitus. sed omni mense additivis ras supra capitale. **y**sa. i. Super quo percutiam vos ultra addentes preuaricationem. **T**ecundo ut per veram penitentiam celum nobis aperiamus. **M**athei. xj. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud id est penitentes. qui in faciendo penitentiā violentiam inferunt sibi. **E**t ad hoc significandum apertū est celus iohanni enāgeliste in pathmos penitentiam agenti. **T**ercio ut per bonam doctrinā et bona exempla animas proximorum cadentes a ceto iusto. ad locū gratie reducamus. **j.** **I**bi. iij. Esto exemplū fideliū in verbo in cōversatione. in fide. in caritate. in castitate. Quia ut dicit aug. Nullus sacrificium est deo ita acceptū sicut zelus aiōz. **iij.** **C**oz. xij. ego autē libēter impendā et supimpēdar ipse pro animabo vestris. **T**Quarto ut sanctū et spiritualiter vivamus et nō carnaliter. **S**ic enim intelligitur. Si non abierto paraclitus non veniet ad vos. id est si presentia corporis ab oculū vīris nō abstrahero vos ad pignorū inuisibilis spīs nō pducō. et psequēs spiritualitē nō vivetis sī carnalitē quod facere nō debemus. **R**o. viij. Debitoēs sumus nō carni ut sī carnē vivā. Si em̄ sīm carnē vixeritis mori. si autē spū facta carnis mortificaueritis vivet. **G**al. v. Qui autē sunt xpī car. su. cru. cū vicijs et cōcu. **M**at. xvij. Qui vult p̄ me veire abnegat semetipz. et vitā carnalē. **Q**uito ut p̄ fidē verā vite et ne mētū acq̄rā quod sine fide ipossibile ē placē dō. et p̄ fidē oīa possibilia sē. **H**eb. xj. **S**icut p̄ si. vic. re. op. sē. in. adep. sē. re. qz. et regnū carnis et regnū mūdi et regnū celoz p̄ fidē vici. **I**mitem⁹ sī carissimi xp̄z ascēdētē i oībū sup̄dictis. et caueā stultizare vt mī filiorū zebe dei q̄ petiū filios xp̄o p̄ sedē anqz ascēderet. **M**at. xx. Dic ut se. hi. d. f. **Z**c. Et sic p̄ secūdū **T**ercio describir̄ ascensio xp̄i grōsa. quod dedit dona hōibū. **E**ph. iiij. **A**nīcūqz nīz data est gēa sīm mīsurā donatōis xp̄i. et ipse dedit q̄sdā qđem ap̄los. q̄sdā autē p̄phetas. alios autē euangelistas. ali. **yo** pa. et dō. in opus enāgeli. ad

50

259 20 35

consummationē sanctoꝝ. vt sc̄z essent in gra-  
tiaꝝ cōsummati.i. pfecti. Et ideo cātat ecclesia  
Alta xp̄c dum aſcedit seruis suis m̄nas gra-  
tiarū appendit om̄niꝝ. Et hec fuit gratiaꝝ exi-  
mia gratia. qua in die ascensionis recessurꝝ ab  
eis sic gloriosus et immortalis. cui om̄nis pote-  
ntias in celo et ī terra fuit elargita. posuit se ad  
mensam et mandauit cum eis. vt dicit Mar-  
cus nec ab eis recipere obsequia recusavit. si  
cū viuens comedit ī domo zachei et hospita-  
tus est cū maria et martha. Psal. Ascendisti  
altum ce. cap. acce. do. in hominibus. Inq-  
tum homo accepit in qntū deꝝ dedit. ¶ Abi-  
nota q̄ postq̄ xp̄c in sua ascensione regnum  
suum possedit quinqꝝ maxima dona suis apo-  
stolis et eorū sequacibꝝ est largitus. sc̄z donuꝝ  
lingue. donum sc̄ientie. donuꝝ cōſtātie. donuꝝ ab-  
dicātie et donuꝝ potentie. ¶ Primiꝝ fuit donuꝝ  
lingue. qd̄ in die penthe. in specie lingue de-  
dit. vt in ore eoz om̄nia genera linguaꝝ paſce-  
retur. Act. q. Repleti sunt om̄nes sp̄ūsanctoꝝ et  
ceperunt loqui varijs linguis. Ut sicut in lin-  
guis hoīm m̄ndus fuit dīnisiſ. vt p̄z in turri  
babel. ita p̄ linguas vñiret ī fide. Jo. x. Alias  
oues habeo que nō sunt ex hoc ouili. et vo. m.  
au. et fiet vñi ouile et vñus pastor. Itē habu-  
erunt donuꝝ lingue. vt verba coꝝ tangētia pro-  
ferrent. Psal. Ecce dabit voci sue vocē vir-  
tutis. Et ideo ad eoz verba homies cōp̄ige-  
bant et cōuertebant. Act. q. Factū est aut̄ vt  
dum petrus hoc diceret p̄ puncti sunt corde  
et dixerunt ad petruꝝ et ad reliquos apostolos.  
Quid faciem⁹ viri fratree. In eode. x. Factū  
est aut̄ loquēte petro cecidit sp̄ūsanctus sup̄  
om̄nes qui audierūt verbum. Verba nostra n̄  
tangūt cor. et ideo pauci cōvertunt ad verba  
nostra. Item habuerūt donuꝝ lingue. vt nūq̄  
in lingua offendarent. i. Cor. iii. Nihil mihi  
p̄sci⁹ sum. Vac. iii. Si q̄s ī vñbo nō offēdit hic  
per. est vir. Item habuerūt donuꝝ lingue. vt do-  
ctrinā altissimā p̄ferrant vt patet in epistolis  
pauli. Itē habuerūt donuꝝ lingue. vt null⁹ eo-  
rum verbis resistere posset. Math. Ego da-  
bo vobis os et sapientiā. cui nō poterunt re-  
fistere om̄nes aduersarij vestri. ¶ Hecūdū fu-  
it donuꝝ scientie. q̄ sine doctore om̄nia sc̄uerūt  
Job. iii. Sp̄ūscēs quē mitteri ī noīe meo iste  
vos dōcebit om̄nia. Om̄nia ergo moralia et na-  
turalia et sup̄naturalia et diuina. et breuiter  
omnia expedientia ad salutē sc̄uerūt. ac etiā  
dono p̄petie claruerūt p̄ qd̄ futura sc̄uerūt  
vt patet in apostolis et ep̄lis coꝝ. Et q̄re oīa  
sc̄uerunt. Lerte q̄r illū sc̄uerūt in quo sunt  
om̄nes thesauni et sapientie et scientie dei ab-  
ſconditi. Col. ii. j. Cor. ii. Non enim indicam  
me aliquid sc̄ire inter vos n̄li xp̄m hieſum et  
hunc crucifixum. Et quia scientia infiat sine  
caritate. j. Corinth. viii. ideo cum dono scien-  
tie habuerunt feruentissimā caritatem. Ro. v.  
Caritas dei diffusa est in cordibꝝ nostris per  
spiritum sanctum qui datus est nobis. Ep̄k.  
iij. In caritate radicati et fundati. Et q̄ ipsi  
habuerunt pfectam scientiam cognoverunt  
q̄ grande malū est peccatum et q̄ grande bo-  
num est virtus. et ideo potius voluerunt mori-  
ri q̄ peccatum cōmittere et virtutem perde-  
re. Nos aut̄ pro nibilo habemus peccatum  
cōmittere et virtutes perdere. Et quare. Ler-  
te quia non habemus perfecte cognitionem  
eorum que faciunt homies dum peccant. vt  
dicit ad Hebre. x. j. Cor. ii. Si em cognouis-  
sent nunq̄ dominum glorie crucifixissent.  
¶ Tercium fuit donum constantie et fortis  
dinis. quia firmissime steterunt in prelio. nec  
minis nec blandicijs cesserunt. nec aduersis ſe-  
fracti nec p̄ſperis elati. D̄bil. iiiij. Scio abu-  
dere ſeio et penuriaꝝ pati. om̄nia possum ī eo  
qui me confortat. Unde nec demones cum  
temptamentis. nec principes cum tormentis.  
nec inmundus et caro cum oblectamentis. po-  
terunt eos a chriſti caritate euellere. Ro. viii.  
Quis nos separab̄t a caritate chriſti tribu-  
an angu. ¶ Certus sum em̄ quia neq̄ mors  
neq̄ vita. nec alti. neq̄ p̄fun. neq̄ iſtāiane  
q̄ futura. neq̄ cre. a. po. n. f. a. car. dei. H̄z re-  
nobis q̄r nihil ē q̄li qd̄ nos separat a do. zmo  
dica tribulatio et modica tēptatio. et modica  
delectatio nos deſciunt et proſternūt. q. Reg.  
xiiij. Om̄nes morimur. ſc̄ilicet in peccatis. et  
quasi aqua dilabimur super terra. ¶ Quar-  
tum fuit donum abdicantie et contempt⁹ om̄-  
nium bonorum mundi. quia om̄nia contem-  
pserit et honores et diuitias et delicias. D̄bi.  
ij. Om̄nia arbiſ. vt ſter. vt chriſtū lucri. Act.  
iii. Argentum et aurum non est mihi. Carissi-  
mi illud fuit maximum donum. Et quis ē iſte  
tamperfectus vt om̄nia respuat tanq̄ nihil.  
immo beatum dixerunt populi cui hec sunt.  
Psal. Nonne iſta queſiuit abraham ysaac  
ſalomon daniel et multi aliꝝ sancti veteris te-  
ſtamenti. Sed hoc donum fuit reservatum  
apostolis tanq̄ perfectissima res. Math. xii.

## Hermio

Ecce nos reliquimus omnia et secuti sum⁹ te.  
¶ Quantum fuit donū pfecte potentie. Nā  
sup̄ oīa plenam et perfectā potentiam habue  
runt s̄c̄ sup̄ celum et terrā et infernum super  
animam et corpus sup̄ homines et demones  
super totam naturā et super omnē creatura⁹.  
Mat̄.xv. Libi dabo claves regni celorum.  
Expoīte inferi non p̄ualebunt aduersus eaz.  
¶ Et in maiori copia accep̄erūt apostoli gra  
tiam faciendi miracula quā xp̄c. Jo. xvij. Qui  
credunt me opa que ego facio et ipse faciet et  
maiora horū faciet. Non em̄ legit q̄ christ⁹  
ad umbrām sanauerit infirmos licet et petr⁹.  
vt pt̄z. Actuū. v. Nec̄ ad tactum vestimenti  
suscitaverit mortuos vt ioh̄. euangeli. vt in ec  
clasiastica narrat̄ hystoria. Hoc fuit figuratū  
in helya et heliseo. Quando em̄ helyas ra  
ptus est in celum. heliseus per̄it ut sp̄n be  
lie fieret duplex in se et sic factū est. vt pt̄z. iij.  
Regū. ij. Helyas christus heliseus qui erat  
cum filiis prophetarum chorus apostolorum.  
Et sic apparet quō christi ascēsio gratiosa fu  
it et ideo venerabilis. Veneremur ḡ carissimi  
tōm̄ scientie i prophetis. q̄ spiritu sancto in  
spirati locuti sunt sancti dei hoīes. ij. Petri. j.  
donum lingue in doctonib⁹ q̄ nō vos estis lo  
quentes sed sp̄iss̄c̄s. Mar. xij. Donū cōstā  
tie et fortitudinis in martinib⁹. q̄ in t̄p̄ oīa vi  
cerunt. Donū abdicantie et cōtemptus in cō  
fessoribus q̄ ppter xp̄m oīa abdicauerūt et se  
ip̄os in dei iudicio mactauerūt. Donū poten  
tie in virginib⁹ q̄ in sexu fragili victoriā de mū  
do de carne et de hoste habuerūt. Ysa. xl. Qui  
esperant in dñō mutabunt fortitudinē. Et hec  
oīa in apostolis ampliore deuotioē venerem̄.  
q̄ qd̄ sparsuz est in alijs p̄ partes in eis fuit ḡ  
dosius cōgregatū. Luc. xij. Nos estis qui p̄  
mansistis mecū in temptatōib⁹ meis et ego di  
spono vobis sicut disposuit mihi pater meus  
regnum. i. sicut pater mihi regnum. id est ecclē  
siam militante tradidit in abundantia grati  
arum et donorū. ita et ego trado vobis. Jōh.  
i. De plenitudine eius nos om̄es accep̄imus.  
Et sic patet totum.

In festo ascensionis dñi de enāglio.

Hermio.lx.

**A**T domin⁹ qui  
dem hiesus postq̄ locutus est eis  
assumptus est in celum et sedet ad  
dextris dei Mar. vlti. Sicut dicit beatus lu

## .LIX.

casin actib⁹ vt pt̄z in epistola hodierna. et eti  
am hic tangit. dñs n̄ hiesus christus postq̄  
p̄ dies. xl. pbauerat suam resurrectōem apo  
stolis p̄ multa argumenta immo p̄ omnē mo  
dum quo pbari potuit et debuit hodie sc̄ q̄  
dragesima die a resurrectōe discipulis recum  
bentib⁹ et comedentib⁹ in cenaculo in hierusa  
lem app̄aruit et comedit cū eis. Et tunc in mé  
sa quatuor dixit eis. Dūo exprobrauit incre  
dilitatem et duritiam cordis eoz q̄ his q̄ vi  
derant eū resurrectiss a mortuis nō crediderūt.  
nec adhuc pfecte crediderūt. cū p̄ tot argumē  
ta se pbauerit resurrectiss. Secundo dixit q̄  
irent in mūndū vniuersum et predicarēt euā  
gelium omni creature. Hec duo patent in h̄  
euangilio. Tercio dixit q̄ post suam ascensio  
nem ab hierosolimis ne discederēt donec in  
duerent virtute ex alto i. reciperent sp̄m san  
ctuz vt dicit lucas. Quarto duxit eos extra i.  
inssl̄ eos ire extra ciuitatē in bethaniam. Imō  
tem oliveti et tūc dispernit. Et cum essent con  
gregati in mōte oliveti iterum apparuit eis. et  
elevatis manib⁹ benedixit eis. Et sic hodie  
na die bis apparuit eis. Et apostoli quesierūt  
si in tpe hoc id est. post resurrectōem. statiz de  
berz restitui regnu israhel tempore vel spiri  
tuale. vt dīc glosa. erāt animi dispersi filii isra  
helet non habebunt regem nec regnum p̄pri  
uz. Unde quesierūt si debeat reuniri in uno  
regno et regere sicut tempore salomonis. Lu  
ce. xxij. Nos aut̄ sperabam⁹ q̄ ipse esset redē  
pturus israhel. Vel querunt de sp̄nali qd̄ si  
et in fine mundi. quando iudei conuertent ad  
christum. et regnu israhel restituetur eis. i. ve  
ra cognitio dei in presenti et in futuro. Nā isia  
bel interpretat̄ videns deum. Hierc. xij. In  
diebus istis salvabitur iuda et israhel habita  
bit cōfidenter. Et ad hoc christus respondet  
q̄ non erat illorum illud tempus nosse quod  
solus pater sciebat. Mar. xij. De die autem  
illo et hora nemo scit neq̄ angeli in celo. neq̄  
filius nisi p̄. Et cū sic respondisset eis ait. Ac  
cipietis virtutem spiritus sancti et ibitis per to  
tum mundum predicando et testificando mi  
hi et mec nature. mee persone et mee doctrine  
mee morti mee resurrectōni et mee ascensioni.  
Et cum hec dixisset elevatis manib⁹ ascen  
dit in celum et discipuli stabant aspicientes in  
celuz et duo angeli apparuerunt dicentes q̄  
hiesus non deberet amplius redire in terram  
nisi indicaturus mundum et his dictis dispa

A

ruerunt. tunc discipuli cum magno gadio re-  
gressi sunt in hierusalem expectantes virtutem  
spiritus sancti sicut mandatum fuerat eis. Cir-  
ca christi ascensionem ad nostram instructio-  
nem septem sunt querenda. Primo quare christus non statim post resurrectionem  
ascendit. Secundo ubi stetit. Tercio quare quadraginta diebus ante ascensionem stetit et non plus  
nec minus. Quarto quare de monte oliveti  
ascendit. Quinto quomodo ascedit. Sexto  
quare ascendit. et quare non semper hic nobis-  
cum stetit. Septimo quo ascendit. ¶ Primo ergo queritur quare non statim post re-  
surrectionem ascendit cum statim post mor-  
tem anime que bene vixit debeatetur celum. Ad  
hoc dicendum quod propter duo christus non sta-  
tim surgens ascendit. ¶ Primo ut per mul-  
tos dies et per multa argumenta se gloriosus  
resurrexisse approbare. Erat enim hoc valde  
difficile credere. cum nullus unquam surexit gloriosus.  
Unde hoc mortalium pectora nullo modo  
subito capere potuerint cum etiam per inter-  
nulla temporum vir capere potuerint. Item apostoli  
videlicet ligarilite amibus corpus eius et  
claudi in sepulcro. Unde si statim surgens ascen-  
disset. credidissent ipsum sursum fuisse a inde  
is ne ab hominibus coleretur. sicut econtra-  
so crediderunt iudei discipulos ipsorum sursum  
fuisse. ut pro deo coloretur. Math. xxviiij. Ju-  
be ergo custodiri sepulcrum ne forte veniant  
discipuli eius et furentur cum et dicant plebi  
surexit a mortuis. Et sic tota fides pisset. Fu-  
it ergo necessarium omnino christum resur-  
rectionem suam per multa argumenta probare  
ne posserit dubitarent. Unde leo papa dicit.  
quod dubitatum est ab istis ne nos dubitaremus.  
probatum est illis ut nos firmiter teneremus.  
¶ Secundo ut discipulos et matrem suam de-  
tristitia mortis sue consolaretur. et in discipu-  
lis veram fidem spem firmam. et amorem ge-  
neraret que omnia iam perdidérant. Luc. xx-  
vij. Nos autem sperabamus. quasi dicerent.  
sed amplius non speramus. Quia tunc ape-  
ruit illis sensum ut intellegent scripturas. et  
quoniam sic oportebat christum pati et resur-  
gere a mortuis. Luce vicesimoquarto. Fecit  
ergo christus ut verus amicus. quia recorda-  
tus fuit amicorum tempore exaltationis sue.  
Multi autem amicorum preteritorum succe-  
dentibus prosperis obliuiscuntur ut pincer-  
na pharaonis ioseph. Genesis quadragesi-

moprimo. Sed non christus. Psalmista. Ad  
bereat lingua mea fauibus meis si non memi-  
tui. si non probie. in prin. le. mee. etc. ¶ Secun-  
do queritur ubi stetit christus quadraginta di-  
ebus. Ad hoc dicendum quod christus resur-  
gens a mortuis secum duxit omnes animas quod  
ab origine mundi erant in limbo sanctorum pa-  
trum. ita quod ille locus omnino vacans permā-  
sit et stetit cum eis in hoc mundo. sed ubi ste-  
tit. in tota scriptura non reperitur. nec aliquis  
prophetarum qui omnia facta christi predi-  
xerunt de hoc aliquid insinuat. Nec augusti-  
nus nec aliquis doctor de hoc aliquid deter-  
minat. et hoc valde rationabiliter propter quod  
tuor. ¶ Primo ad ostendendum quod anima et  
corpus gloriosum non determinantur ad ali-  
quem locum specialiter. nec a loco aliquo ac-  
cipiunt sed habent potestatem super omnia  
loca et locata. Et quando volunt ostendunt  
se. et quando volunt non ostendunt se. et simi-  
liter quomodo volunt ostendunt se scilicet glo-  
riose. vel non. Unde christus apparenz apo-  
stolis non ostendebat corpus suum gloriosum  
quia oculi mortales non potuerint illud ser-  
vel videre. ut dicit Augustinus. Unde cor-  
pus gloriosum et anima existens in igne nihil  
pateretur ab igne. quod autem anima patiat ab  
igne inferni hoc non est nisi inquantum ignis  
ille agit ut instrumentum diuine iusticie. sicut  
vnum ribaldus suspendit vnum comitem ut  
minister regis. ¶ Secundo ad ostendendum quod  
beatitudo non consistit in aliquo loco sed so-  
lum in visione. Unde anima beata existens in  
inferno et ubique semper est in gloria eterna. Luce  
vice simo tercio. Hodie mecum eris in pa-  
radiso. Et tamen ista die anima latronis ad i-  
fernū descendit. Unde sancti dicunt quod an-  
geli qui nobiscum morantur semper sunt in  
gloria dei. Mathei decimoctavo. Angeli eo-  
rum in celis semper vident faciem patris mei  
qui in celis est. Exemplum. sicut sol lucens in  
mundo omnes tenebras fugat. et omne aliud  
lumen obfuscatur. sic deus existens in anima glo-  
riosa. in qua coniunctione consistit gaudium  
glorie. omnem penam a corpore excludit et re-  
dundantia glorie anime in corpus. Et omne  
aliam delectationem insipere facit. Augusti-  
nus dicit. Gustato spiritu desipit omnis ca-  
ro. Et quod celum empireum dicatur locus esse  
beatuum. hoc non est de esse glorie. sed de be-

# Berimo

## .LIX.

ne esse. et quia deus in eo ostendit gloriam suam. ¶ Tercio quod ostendendum quod nullus locus nec aliqua res de istis inferioribus est digna anima et corpore gloriose. immo ipsa excedunt omnia inferiora. Hic cadit exemplum de saracenis qui vadunt metham ad videndos ossa machameti et eruunt sibi oculum qui videt ossa eius dicentes quod non est dignum quod ille oculus aliquid aliud videat. Unde de quodam legitur quod videns beatas virginem eruit sibi oculum cum quo eam vidit et dicebat quod liberenter erueret sibi alium si eam iterum videret. tanta delectatione ipse sensit. ¶ Quarto ad ostendendum quod ipse erat verus deus qui est ubi quod et non magis in uno loco quod in alio. ¶ Tercio quentur quare quadraginta diebus stetit et non plus nec minus. Ad hoc dicendum quod fecit propter quatuor. ¶ Primo ad ostendendum quod postquam homo resurrexit a morte peccati que vocatur resurrectione prima. Apoc. xx. Beatus qui habet partem in resurrectione prima quod sit per veram confessionem. et contritionem. non statim ascendit in celum. nisi post quadraginta dies. i. post plenam satisfactionem et post completam penitentiam. que per quadagenarium numerum designatur. ¶ Satisfactione enim est essentialis pars penitentie. Hoc fuit figuratum in helia qui postquam dormierat. sibi unipero et comedebat panem subcinerium ab angelo sibi aportatum. ambulauit. xl diebus et quadraginta noctibus ante quod periret ad montem oreb. iij. Regum. ix. Helias dormiens sub iunipero homo moriens sub penitentia que per iuniperum designatur quod est eternus valde aspera. sed ex ea fit oleum sicut ex iunipero. omnem anime tumorem sanans qui recipit panem subcinerium ab angelo. i. corpus Christi. et omnia sacramenta a sacerdote Malach. ij. Angelus enim domini exercitum est. Nec propter hoc statim vadit ad celum nisi prius penitentiā compleat. i. Cor. ij. Ipse autem saluus erit sic tu quod ignem. Itet fuit hoc figuratum in quatuor filiis Israel steterunt. xl annis in deserto ante quam intrarent terram. pmissionis. Unde a sanctis purgatoriis ponitur ut si hic penitentia non completebitur ibi completebitur. ¶ Secundo ad ostendendum quod consolaciones quas deus suis suis compantur ad tribulatos quas deus promittit eis evenire sicut annus ad diem. et dies ad horam etiam in vita ista. Psalms. lxi. Predate annum placabilem domino et die

vitationis deo nostro. Illud autem tempus ut dictum fuit tempus consolationis. quo apostolus fuit consolatus. Quia ergo. xl. horas fuerunt consolati in morte Christi tantum enim iacuit in sepulcro mortuus. voluit eos. xl. diebus consolari sua propria et locutio. Math. xix. Centrum accipi. et vitam eternum possit. ¶ Tercio ad designandum quod sic deus. xl. diebus pluit aquam tribulationis et vindictae in diluvio quando totum mundum subuertit. ita Christus. xl. diebus pluit aquam gratiarum et misericordie omnibus voluntibus recipere in maiori copia quam tunc effuderit aquas. Joh. iiij. Non dat deus spiritum ad mensuram. Ps. Misericordia domini plena est terra. Et fuerunt tot illi gratiae quod redidauerunt ad nos et ad omnes posteros redundabunt. quod omnis gratias quas fecit auctor apostolis qui tunc aderant in eis fecit nobis. Jo. vij. Non rogo pro eis tantum sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum. In eodem. primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Unusquisque ei propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. ut dicit apostolus. i. Co. iiij. ¶ Quarto ad ostendendum quod multo plura requiruntur ad probandum resurrectionem quam mortem et corporaliter et spiritualiter. Et ideo triduum sepulture sufficit ad probandum mortem. et quadagenarium ad probandum resurrectionem. Ad vitam enim multa requiruntur. Ad mortem autem solus sufficit unum. Similiter ad vitam spirituale multa valde requiruntur. s. omnes virtutes. septem dona spiritus sancti. sacramenta ecclesie. Ad mortem autem solum unum sufficit. Iacobus. i. Si quis autem totam legem seruaverit offendat autem in uno factus est omnium reus. ¶ Quarto quentur quare de monte Oliveti ascendit. ¶ ubi nota quod Christus ascensus celum. quatuor fecit ad nostram instructionem quia comedit. egressus est civitatem. ascendit montes. et benedixit apostolis. Hec quatuor ascensum in celum. scilicet in morte nos facere debemus. ¶ Primo enim debemus comedere id est corpus Christi digne sumere. Joh. vij. Ego sum panis vivus qui de celo descendit. si quis manducat ex hoc pane vivet in eternum. et non morietur. sed transibit de morte ad vitam. Augustinus. Lib. sum gradum cresce et manducabis me. nec tu me mutant bis in te. sed tu mutaberis in me. Hebreorum quinto. Perfectorum autem est solidus cibus. Qui autem indigne manducabit et bibit iudicium

quatuor fecit ad //

si.man.et bi.i. Cor.xj. **Iste cibus viaticū appellaſ.** quia nos ducit ad vitam eternā. **Figura.** qn̄ helyas debuit ire ad montem oreb. comedit panem subcinericum.ij. Re.xix. **Qui** corpus christi designat. ¶ **Secundo debet** exire ciuitatem. i. omnia carnalia et mundana funditus deserere et desiderium nostrum ab eis totaliter eleuare. et solum spiritualibus inhiare. **Beneſ. xij.** Egressus de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. **Figura.** mandatum est in lege q̄ omne sacrificium sanguis inferi erat in sancta p̄ peccato cremaret extra castra. **Hebre. xiij.** Quoz animalium inferi sanguis p̄ pontifices p̄ peccato in sancta horum corpora cremant extra castra. **Propter** quod hieſus ut sanctificaret p̄ suuſ languinē poplum. extra portas passus est. **Ereamus** ergo ad eū extra castra omnia terrena p̄ desiderium relinquendo. **Hic** cadit exempluſ illius dinitis qui ita amare fleuit in morte q̄ tot bona relinquere debebat. qui postea apparuit dicens q̄ dominatus esset. ¶ **Tercio debemus** ascendere montem fidei et spei p̄ contemplationem. q̄ debemus credere et sperare illaz beatam vitam. **Cobie. iiij.** Filii sanctorum sumus et il lam beatam vitam expectamus. **Dehem.** ergo versus celum dirigere oculos mentis nre sicut ad locum nostrę quietis. **Figura.** mādaturum est moysi qn̄ debebat mouet ascendere montem et cōtemplare terrā pmissionis. Qui ascendens et cōtemplās teriam mortuū est in monte. vt ptz. **Deutro. xxij.** Unde beatus martinus ppe morte ait. **Sinite me celum videre ut spiritus dirigat ad dominū.** Et beat Augustinus ante septem dies obitus sui septem psalmos penitentiales scriptos fecit sibi in pariete ante oculos et mandauit q̄ nullus ingredereſ ad eū ut totus esset intentus ad celestia. ¶ **Quarto debemus omnibz benedice.** i. omnibus pcerē et bona voluntatem habere. sicut fecit xp̄c dicens. **Pater dimittit illi** quia nesciunt quid faciunt. **Luce. xxij.** Sed quare de monte olineti magis q̄ de alio mōte ascendit. **Ad hoc dicendū q̄ hoc fecit ppe** significationem. **Nam** mons olineti duo significat sine quibus homo non potest ascendere celum et ppter que homo celuſ ascendit. **Nā** quia mons significat altitudinem fidei. sed q̄ mons olineti significat opera misericordie q̄ per oleum significantur. **Sine** illis autem nō possumus celum ascendere. **Nam** de fide di-

cit apostolus ad **Hebre. xj.** **Sine** fidei impossibile est placere deo. De operibus misericordie dicitur. **Mathei. v.** **Beati** misericordes quoniam ipsi misericordiam cōsequens. **Unde** in iudicio sit solum disceptatio de operibus misericordie et pro ipsis saluabuntur et damnabuntur homines. j. **Thimo. iiiij.** **Pietas** ad omnia utilis est pmissionem habens vite q̄ nunc est et future. **Propter** defectum illi Poteſt fuerunt ille quinq̄ virgines fatue exclusive a gno. vt p̄ **Mathei** vicesimoquinto. **Hoc** fut̄ figuratum **Genesim** vicesimoctavo. **Quādo** iacob ibat in mesopotamiam sine. et puenit ad pedem montis olineti ad locum unde christus ascendit. qui accipiens lapidem supposuit capiti suo quem postea unxerat fundens oleum deſuper. qui dormiens vidit celū aperatum et quedam ſcala erigebatur super lapidem uſq; ad celum. **Lapis** christus est. id est fides d̄ christo. oleū opera misericordie q̄ debent fundi super christum. id est debent fieri in fide christi et ex amore christi alias perderentur. **Et** opera sic facta faciunt nos ascendere et aperiunt nobis celum. ¶ **Quinto** queritur quomodo ascendit. **Ad hoc** dicendū q̄ quadriupliciter ascendit. sc̄ propriis viribus cum magna victoria. cum magno triumpho. et patenter. ¶ **Primo** ascendit propriis viribus. id est. mento sue actiōis. **Philip. iiij.** **Huius** miliauit ſemetipſum t̄. propter quod et de exaltavit illum. **Sic** et nos debemus ascendere merito operum noſtrorum informantium gratia dei. **Quidam** volunt ascendere celos ſolum in virtute aliorum. quia in vita nihil faciunt. ſed ſolum in morte dimittunt elemosinas dandas paupenbus. et rogam cōmendauimis et orationibus. **Sed** nota illud **Mat. xxv.** **Ne** forte non ſufficiat nobis et vobis prouerbium eſt. **Tarde** saturatur qui alienis manibz ore balatur. **Quidaz** ḥo quod peius eſt alcedere volunt ſine merito ut lucifer. ¶ **Secundo** ascendit cum magna victoria. Nam ipſe vicit mundum. religanit dyabolum. expiavit infernum enarzauit peccatum. deſtruit mortem. contempſit honores. diſpergit diuitias. ſuffocauit delicias. calcauit mare. ascendiſt per aerem. reparauit naturam. reddidit vitam. aperuit paradisum. recuperauit celum. et breuiter omnia fortia vicit. **Apocaliſis.** qn̄iuto. **Vicit** leo de tribu iuda. **Unde** cantamus. **Redit** cum victoria capta vicens

# Berimo

## LIX.

